JONQUET
Hortus
Parisiensis.

D. IONCQVET

HORTVS.

F. Chauveau, fecit

DIONYSII IONCQVET MEDICI PARISIENSIS HORTVS,

SIVE

INDEX ONOMASTICVS PLANTARVM,

QVAS EXCOLEBAT PARISIIS

ANNIS 1658. & 1659.

Accessit ad calcem, Stirpium aliquot paulo obscurius denominatarum Officinis, Arabibus, Aliis,

Per CASPARVM BAVHINVM *Explicatio.*

Mo. Bot. Garden,
1893

PARISIIS,

Apud FRANCISCVM CLOVZIER,

in Area Palatij.

M. DC. LIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

GVENALTVM quæ docta manus ſimulauit in ære,
GALENVM ſculpſit, ſculpſit & HIPPOCRATEM.

REGI, PRINCIPIBVS,
ORBI ET VRBI NATO
FRANCISCO
GVENAVLT,
SVI SÆCVLI MEDICORVM
FACILE PRINCIPI,
DIONYSIVS IONCQVET
DOCTOR MEDICVS PARISIENSIS,
CVM FELICITATE,
LONGOS ANNOS.

VIR meritissimæ famæ, & tuo æuo major! ad vtilissimum rei herbariæ studium, properantem me impulerunt, demandata mihi ab Ordine nostro, Stirpium edocendarum prouincia, tuumque illud consilium, quo, earumdem in morbis

ſalutarem vſum tantopere commendabas: addiderunt currenti calcar, inſignis Liber ille cui titulus eſt, Hortus Regius Bleſenſis, *&* Caſpari Bauhini Pinax: *qui exactiſſimo labore ſimilem in recenſendis Plantis ſeriem obſeruantes, conuincût vltro! temerarij eſſe alium excogitare, pro iis denominandis ordinem, ab eo quem ingenioſa ſagacitate inuenerunt. His Ducibus, Horti nomenclatorem mei editurus in lucem, penſum hoc meum ſi probaueris, quidni ſperem, & aliis Medicis placiturum, quod humanitas tua condiuerit: Illi enim ſiue Regi & Optimatibus regni, ſiue Conciuibus opem ferant: vbi nouitate morbi, eiuſdem malignitate aut ſæuitiâ, quaſi attoniti ſtupent! cum exoratus tandem accedis, illico recreati & geſtientes; Tui eſſe ſuffragij laudis ſuæ cumulum putant: variorum quippe affectuum ſimilitudines quæ peritiſſimis imponunt, detegis ingeniose, explicas faciliùs, medicamenta ſalutares Deorum manus admoues arte ſummâ, atque cum deploratæ ſalutis horrenda ſigna mentem obruunt ægrotantis*

&

& adſtantium, ſolus Tu inflectis ſenſus, animóſque labantes erigis. Quin & in Comitiis noſtris ſi quid difficile; illud tantum ſtatuendum cenſent vniuerſi, quod Tuo præiudicio decreueris. Vnde quod à Schola condita vix vlli contigit, viua omnium voce non ita pridem ſelectus in Decanum! huius vt & cuiuſuis alterius dignitatis inſignia, quæ multi efflagitant ambitiosè, modeſtiſſime recuſaſti! quod electiones illas, cæcutientis interdum ſortis peituras intra biennium, is ſpernat iure, qui dudum ab optimis Collegarum perpetuus Ordinis noſtri deſideratur Princeps: Et licet Aſtyagis felicitati quondam obfuerit Gyges Lydus, Seruulus pumilio! Nullus Tibi: Cunctis enim dignus videris faſtigio Artis tuæ; Ad quod non Amicorum officia, ſed ſola Virtus meritiſſimum euexit. Nec eſt quod ætas noſtra lugeat tot extinctos ſcientiæ noſtræ Myſtas præcellentes; nec eam fortè Coæuorum interitus pœnitebit, omnium Te doctrinam nec-

non artes compenſante. Et inquirere, cur Diua humanæ beatitudinis Hygieïa in Te delicias inuenerit, & fortunam virtus? noui hominis minus eſt, quam inſanientis: quandoquidem tuis ſemper aſſident conſiliis cum Ioue ſoſpitatore, εὐπραξία, *& erga Collegas omnes amor ſingularis: hinc factum fuit, vt hic* εὐδαιμονίαν *ordiaris, quam Tibi certiſſimam in Cælo diſponunt Fata. Dicam verbo! Cum Regem habeas experientiæ tuæ Prædem, Præconem Aulam, Buccinatorem Populum; nec Tibi nomen nec fama mentitur,*

Vale diúque viue,

Et meritos Deus addat honores.

LECTORI.

AMICE LECTOR, paulo ſerius prodijt in lucem Libellus iſte quod noluerim ſollicitare Cuſtodum fidem, apud quos olim inhabitabat Flora Pariſienſis; quid facilè coëmendarum, aut permutandarum cum illis Stirpium interturbauerit officium, neſcio. Contigit forſan illud vitio gentis humanæ, quæ ſub pedibus poſita negligit: Forſan quod plantarum Cultores laborioſi quotquot ferè huc ſunt, (ſi Morinos fratres exceperis) ne perciperent ſuarum imminutionem opum, anteverterunt expoſtulationis noſtræ moleſtiam: ſaltem illud euenit, quod priuati hominis commercium dedignaretur ſtipendiis regiis, loci amplitudine, titulis & multa temporum ratione ſuperbiens Hortus Regius Pariſienſis; qui tamen pauciſſimas habet, alitque plantas, annoſas licet, in quas ſumptus non fecerim; vel quæ inutili expectatione deſideria mea mouerint. An vice versâ? Iudicabunt Oculati. Sed multis me chariſſimiſque pignoribus deuinctum teſtor lubens, noſtratibus Gallis & Botanicis Gentium exterarum, quorum

muneribus & induſtriâ, quæ ad me venerunt ſemina ſtirpéſve nondum deſcriptæ, ideo cohoneſtantur nomine Mittentium, ne beneficij in me collati obliteretur memoria. Verùm ingrati prorſus animi & obliuionis pœnitendæ, ingens foret argumentum; ni palam publicéque profiterer, à nuſquam interituro & percelebri Horto Regio Bieſenſi, accepiſſe me, rei herbariæ matura deſideria poſteriores curas, ſenſiſſe auctum Hortum ſubſidiis Regiæ manus, nec inuito ſua bona largientis. Nec me quæſo inſimules impietatis & ſocordiæ, quod nouiſſimis votis, tantum in terris Stirpium non adorauerim Numen, Sereniſſimum Aurelianenſium Ducem, Chriſtianiſſimi Patruum Regis, qui Stirpes ex omnibus mundi plagis in Hortum ſuum aſportatas coli iuſſit, atque ealmet cœlaturæ picturæque beneficio immortalitate nouari: imò Princeps ille verè Regius; Iuſtitia & Pietate magis, quam triumphis, Natalibus, vel ſuâ Coronâ Nobilis, ſubduxit hodiernæ ambitioni vitam, vt eiuſcemodi virginibus commodius frueretur in ſecreto. Et ſanè tenuitate muneris interpellare quietem ſolitudinis adorandæ, crimen fuit audaciâ noſtrâ majus; Imo timenti adire penetralia Sacræ Domus & Ignoto, ſat fuit, limen ſanctiſſimum tacitâ veneratione ſalutare. CÆTERVM, AMICE LECTOR, hancce noſtram nouationem inſpecturus, obſerua illud quarumdam ſtirpium denominationi adjunctum *Indig.*

Plantàs indigenas denotare, & Lutetiano ſolo familiares, quarum vulgatiſſimæ, vel quæ degunt in paluſtribus, exularunt è conſortio rariorum ; quaſque in ordinem redegimus dumtaxat, vt qualiſcumque noſter ille minutiſſimus labor , tibi foret Enchiridion Botanicum Pariſienſe. Diſces vnà, Stirpes interrogante diſterminatas puncto , vel celebris Botanici patrocinio viduatas , ad me tranſmiſſas eſſe , aut euulgatas, eo nomine quod ita non placet, mox à Te , & geſtiens , accepturus quid magis πεπυσμένον, vel grandioribus & adultis, daturus nomenclaturas puriores ; Et certè gaudium erit , legibus acquieuiſſe Peritiorum , aut ſeuerâ monitionis lege profeciſſe. Fugit namque manus meas, Onomaſticus ille Plantarum Index , paruulum opus , aliquâ certè liturâ corrigendum, cum homò ſim in re Botanica Triennis, & ſuperbè nimis aſpernetur mortalitatem qui peccare ſe erubeſcit : nam quidquid Typis erratum eſt , condonabunt Eruditi. Fœtui naſcituro deformi , præbuit occaſionem , cum expectatione Gentium longius diſſitarum , quæ inopiam meam perperam laudauerunt, irrequieta Philiatrωn ſollicitudo , quos laboris tot nominum exſcribendi pœnitebat iure : enimvero illorum voto non ſolum facio ſatis, ſed & meo ; ſcilicet vt harum diuites opum, vno intuitu emetiantur, quid illis poſſim impertiri ; quaſve prece , pretio , vel commercij lege Plantas, deſideret Curioſus. Cum

iam nimis notum sit omnibus , non ita sanum esse eam à mendico stipem erogare, quam ab aliorum munificentia expectat supplex. Forsan dabit cis paucos dies meliora Deus: cum iam habeam in numerato , Etymologiam Stirpium , earumdem dosim, & primarias ad medendi vsum qualitates ; quibus addam vmbratilem Externarum descriptionem , more meo, hoc est paucis ; Interim Tibi , Lector beneuole , longum vt expeto , sic & infero Vale. IX. Iulij anni Domini 1659.

ATTESTATIO.

CVM Reipublicæ Literariæ interfit, Doctorum virorum Lucubrationes laudari ; tum eas potissimum , quæ ad otium non tantum nobilioris humanæ gentis, sed & vniuersæ solatium institutæ sunt : Nos infrà scriptos Doctores Medicos Facultatis Parisiensis decuit , nunc illud ipsum præstare in huius Nouitij Operis gratiam, cuius Argumentum est, DIONYSII IONCQVET, *Medici Parisiensis Hortus ; siue , Index Onomasticus Plantarum , quas excolebat Annis Domini 1658. & 1659.* &c. Id quippe rationis eius est ac notæ, vt paris generis quibusque aliqua conquisitione præcellat. Nec enim, in Herbarum nomenclatura solum consistit, at illam insuper bonorum Scriptorum qui graphicè ipsas depinxerunt , authoritate confirmat. Vt sic & studiis Botanicis prouectos, & hæc eadem iam primum tractantes , Authorem eruditissimum sibi omnes deuinxisse testamur. Die 22. Iunij 1659.

ANT. CHARPENTIER. GVIDO PATIN, Professor Regius.
SEB. RAINSSANT. NIC. MATHIEV.
IAC. MENTELIVS. FRANC. BLONDEL, Decanus.
EVS. RENAVDOT. FRANC. DE LA CHAMBRE, Archiatros.

AD SANITATEM

HORTI IONCQVETII

PRÆSIDEM,

ODE.

VIGENTIS *cui præsidium & decus*
Hygea, præsens immedicabilem
Arcere Lethen, & Sororum
Fila trium, Volucrisque Fati
Tardare pennas: te decorum Deam
Florentis inter munera Chloridos
Verno reclinatam cubili
Fasce super redolentis herbæ

Pallas marito conscia IONCQVIO
Enixa, fertur non sine plausibus
Dulci rosetorum sub vmbrâ
Puniceis religasse sertis.

Te rara Buxus, floscque nouus Roseæ,
Nardúsque, & omnis copia narium
Amplexa, flagrantes per auras
Spargit Achemenios odores.

Te Barba capræ, te Botrys Indica,
Myrthuſque binis prodiga fœtibus,
Transferre cum pompâ, virentis
In ſolum meditantur aulæ.

Hinc ſæua furuæ regna Proſerpinæ,
Ditemque rides illacrymabilem,
Tuoque ſubmittit cruentos
Imperio Libitina faſces.

Te robur audax omnia perpeti,
Sanique riſus, & Charitum genus,
Sales verecundi ſalutant,
Atque oculo ſaliente ridens

Vigor iuuentæ. Membra ſed occupans,
Effœta languor, luctus, & horridis
Morbi figuris decolores,
Canities, Macieſque retro

Moroſa ceſſit. Te dominam ſuo
Præfecit horto, ruris honoribus
Ante irrepertis te coronat,
Pæonio celebratque Libro.

Apollinaris culmen adoreæ,
Artiſque Phœbi IONCQVIVS *arbiter*
Florumque, qui ſucco potenti
Funereis dominantur Vrnis.

Authore CLAVDIO HENRICO DE VVAHA,
Canonico Louanienſi.

PRÆSTANTISSIMO
ET DOCTISSIMO VIRO;
MEDICO PARISIENSI,
INCOMPARABILIS PROBITATIS,
D. DIONYSIO IONCQVET
DOMINO OBSERVANTISSIMO
OVIDIVS MONTALBANVS
PHILOSOPHVS, ET SIMPLICIVM
Medicam. Profeſſor in illuſtriſſimo
Bononienſi Collegio,
S. P. D.

GRATISSIMÆ *ſupra modum omnem Mihi fuerunt Litteræ tuæ, quas mihi reddidit nobiliſſimus Patritius Bononienſis Bouius, dum patrios ipſe hinc diſceſſus repetiit lares: In iis ego cognoui ſummam in me beneuolentiam, ardentiſſimum tuum in Botanica ſtudia amorem, inſignemque in illis profectum: Accepi pariter ab eodem Patritio, miſſurum Te ad nos Exemplar vnum, eius, tuarum Stirpium Indicis, quem typis es propediem mandaturus, de quibus omnibus valde lætor, innumeras Tibi debere grates profiteor, ſpondeoque quas potero redditurum. Vtinam locorum intercapedo vaſta & immanis, litteras & frequentes & prolixas non reſpueret, certè multa à te perquirerem Dubia reſoluenda, quæ Tibi ob variam Authorum lectionem, parum difficilia, aliis impoſſibilia forſan viderentur. Grande Opus modo Deus det perficere, ſum aggreſſus: volumina ſunt, famigeratiſſimi noſtri Doctoris* ALDROVANDI *de Plantis, quorum primum volumen media iam parte ex-*

cuſum pro more Philoſophi & Medici BONONIENSIS *explicat. 1. Genus remotum cum cauſis omnibus. 2. Genus proximum cum Encomio multiplici. 3. Differentias Quercuum à Robore, & aliis Glandiferis 4. Obſeruationes varias Quercuum exoticarum. 5. Nomina varia & Etymologias earumdem. 6. Denominata & cognominata. 7. Symbola, ſeu Hieroglyphica & Emblemata. 8. Prouerbia & Paræmias. 9. Fabulas & Superſtitiones. 10. Hiſtorica. 11. Impoſturas & Fraudes. 12. Inſomnia. 13. Vſus in Inſignibus vulgo Armis dictis. 14. Numiſmata & Statuas. 15. Vſum in Medicina. 16. Vſum in cibis. 17. Vſum in variis. 18. Portenta & Prodigia. 19. Myſtica & Moralia. 20. Sympathiam & Antipathiam. 21. Ænigmata. 22. Morborum cauſas, & eorundem remedia. Cæterum arboreum genus iterum in ſeptem diſtribuitur claſſes. Prima Arbores habet Glandiferas, quarum fructus coriaceo tecti ſunt operimento, vt Caſtanea, quæ ex Galeno Glandium optima eſt. Secunda, Nuciferas Arbores deſcribit, quæ fructus gerunt lignoſo, oſſeove cortice fere tectos. Tertia, Pomiferas arbores recenſet ad victum Mortalibus ſuppeditandum aptas natas, cum ſuis fructibus humidis & tenui pelle circumdatis. Quarta, explicat Bacciferas, quarum fructus oleaginoſos partim, aqueos partim oſtendunt, paruos omnes. Quinta, Siliquiferas continet. Sexta Floriferas tantùm. Septima, Infelices, &c. Doleo me non poſſe particulariter de iis conferre tecum, quia id mihi eſſet maximo iuuamento, tam in elucidatione, quam in diiudicatione. Sed vereor, ne hæc quantumuis breuis Epiſtola, incluſi libelluli à me ſuppoſititio editi nomine, cui Titulus eſt, Bibliotheca Botanica, appareat nimis grauis tanto itineri,* Bononia Lutetias. *Vtcumque tamen efficiet Fortuna. Credidi certè, eas tuto progredi poſſe Mercatoris alicuius ope litteras, quæ iam ſimplicis folij excedunt molem: Atque hæc per me ſatis dicta ſint & data. Id tamen ſubiungam, vnum hoc, mihi multis eſſe maximum, ſi firmiter credas tuis me ſemper toto corde, totoque animo obſequuturum iuſſionibus. Vale, & me amare pergè. Dabam Bonon. XI. Kal. Nouemb. M.DC.LVIII.*

CONSVLTISS. MEDICINÆ DOCTORI,
Rei Herbariæ vt Experto sic Magistro,

D. IONCQVET.

QVÆ Natura ferax genuit, tu singula nosti:
Prodiga quæ syluis sparserat, arte legis.
Sic Natura tuo surgit rediuiua vireto,
Dum nouus è plantis orbis in orbe micat.

AD LIBRVM EIVSDEM.

I Liber, & cunctis diuinâ consite plantis
Arte, bea populos quêis Paradisus eris.
Quàm facili totum percurres tramite mundum,
Nam fœtus genitor noscet vbique suos.

V. B. Abbas Tholos.

CLARISSIMO VIRO
DOMINO D. IONCQVET
DOCTORI MEDICO PARISIENSI,
Et Scholarum olim Professori Botanico.

In suum Stirpium Catalogum ex omnibus Terræ plagis collectarum.

EPIGRAMMA.

QVO IONCQVETVS alit stirpes, tres circiter anni
Fluxerunt: minimo tempore magna dedit.
Scilicet has didicit, docuit, collegit in Hortum.
An Diues Plantis? aspice, iam numerat.

CLAVDIVS LE VASSEVR, Doctor Medicus Parisiensis.

IN ONOMASTICVM PLANTARVM

INDICEM, AB AMICO SVO SINGVLARI

D. IONCQVET,

Editum & Deſideratum.

QViſquis Naturæ vegetantis in abdita quæris
Intrare, & Plantas noſcere, mente ſagax,
Conſule, IONCQVETI, *præclarum gnauus Elenchum,*
Quo vix Blæſenſis ditior eſſe queat.
Non Chiron meliùs, Podalirius, atque Machaon
Herbarum vires edocuere ſuos.
Illum præcipuis quid obeſt conferre Magiſtris?
Iunior emeritos vincit in arte ſenes.

ARMANDVS IOANNES DE MAVVILLAIN, Ex-Profeſſor Botanicus.

SVMMA PRIVILEGII.

REGIS Chriſtianiſſimi Priuilegio, Cautum eſt, ne quis in Regno, & aliis locis ſuæ ditionis excudat, vendat, aut foris excuſum aſportandum curet librum, cui titulus eſt, DIONYSII IONCQVET *Hortus*; ſiue, *Onomaſticus Plantarum Index, quas excolebat Pariſiis annis 1658. & 1659.* Cui acceſſit ad calcem, &c. abſque illius conſenſu & licentia, intra decennium, à die publicationis exemplariũ: Qui ſecus fecerit, mulctæ indictæ, prout fuſius in Diplomate Regio continetur, ſubiacebit. Datum Pariſiis 26. die menſis Iunij 1659.

De Mandato Regis. Signatum, DE NICOLAS.

Hæc prima Editio fuit abſoluta die 15. Iulij, 1659. Exemplaria conſignata ſunt quæ in Priuilegio continentur.

INDEX

INDEX ONOMASTICVS

PLANTARVM,

QVAS EXCOLEBAT PARISIIS

annis 1658. & 1659.

DIONYSIVS IONCQVET
Doctor Medicus Parisiensis.

A

ABIES Hist. Lugdun. alba siue femina. B. pin.

Abrotonum mas Dod. mas angustifolium majus. B. pin.
Abrotonum mas incanum Col. mas angustifolium minus. B. pin.
Abrotonum odoratum humile Dod. mas angustifolium minus. B. pin.
Abrotonum campestre B.pin. Artemisia tenuifolia Dod. *Indig.*
Abrotonum femina vulgare Clus. femina foliis teretibus. B.pin.
Abrotonum femina Narbonense Clus. femina flore majore. B. pin.
Abrotonum femina foliis Ericæ. B. pin. Vnguentaria Lutetianorum ? Male chamæcypariſſus Dal. Lugd.
Abrotonum femina viride B. pin. femina sextum Clus. descr.
Abrotonum latifolium arborescens. B. pin. Absinthium arborescens Tab. & Obs. Lob.

Abrotonum latifolium inodorum. B. pin. Abſinthium inodorum & inſipidum Dod. Artemiſia anguſtifolia ſecunda, quoad figuram Cluſ. Abſinthio vulgari ſimile?

Abſinthium vulgare Fuchſ. latifolium Dod. Ponticum ſeu Romanum Officinarum ſeu Dioſcoridis. B. pin.
Abſinthium maritimum Lauendulæ folio B. pin. latifolium marinum hort. Eyſt.
Abſinthium repens Tab. Ponticum repens vel ſupinum. B. pin.
Abſinthium Seriphium vulgare, perperam Dioſcoridis Icon. Lob. Seriphium Belgicum. B. pin.
Abſinthium Seriphium Gallicum Matth. ed. B. & B. pin. Narbonenſe Dod. deſcr.
Abſinthium Seriphium Dod. Ponticum Tridentinum herbariorum Obſ. Lob. Ponticum tenuifolium Auſtriacum. B. pin. Nabathæum Auic. Tab.
Abſinthium marinum Seriphio vulgari ſimile odoris grati?
Abſinthium tenuifolium Dod. Ponticum Matth. ed. B. Ponticum tenuifolium incanum. B. pin.
Abſinthium Santonicum Gallicum. B. pin. Xantonicum vulgare Obſ. Lob. ſemen Sanctum hort. Morin.
Abſinthium Alpinum vmbelliferum Cluſ. Alpinum vmbelliferum latifolium. B. pin.

Acacia Ægyptiaca hiſt. Lugd. foliis Scorpioidis leguminoſæ. B. pin.
Acacia trifolia. B. pin. altera Dod.
Acacia Americana Robini, Cornuti.
Acacia orbis Americani altera, omnium pulcherrimo flore. Poincilade & la Poinci, Du Tertre.
Acacia viridis Plinij, D. Des Fontaines.

Acanthium Dod. Spina alba tomentoſa latifolia ſylueſtris. B. pin. *Indig.*
Acanthium Illyricum Obſ. Lob.
Acanthium Luſitanicum. horti Regij Bleſenſis.
Acanthium Bœticum flore minore. D. Berard.

Acanthus ſatiuus Dod. ſatiuus vel mollis Virgilij B.pin. Branca vrſina Italica vera Tragi.
Acanthus ſylueſtris Dod. aculeatus. B.pin. Branca vrſina aculeata Lugd.

Acarna flore luteo patulo. B. pin. Carlina ſylueſtris minor Dod. *Indig.*
Acarna flore purpuro-rubente patulo. B. pin. Acanthioides parua Apula Col.
Acarna major caule folioſo. B. pin. Chamæleon Salmanticenſis Cluſ.

Acer major Dod. montanum candidum. B. pin. *Indig.*
Acer montanum flauum ſ. criſpum. B. pin. Opulus montanus hiſt. Lugd. deſcr.
Acer minor Dod. campeſtre & minus. B. pin. *Indig.*
Acer Monſpeſſulanum hiſt. Lugd. trifolia. B. pin.

Acetoſa pratenſis B. pin. Oxalis Dod. *Indig.*
Acetoſa montana maxima. B. pin. Oxalis major Broccenbergenſis Thal. ſyl. Hercyn.
Acetoſa veſicaria peregrina hort. Eyſt. Americana foliis longiſſimis pediculis donatis. B. pin. & prodr.
Acetoſa rotundifolia hortenſis. B. pin. Oxalis rotundifolia Dod.
Acetoſa aruenſis lanceolata. B. pin. Oxalis minima Dod. *Indig.*
Acetoſa Cretica ſemine aculeato. B. prod. & pin.
Acetoſa flore vidua. D. Des Bertinieres.
Acetoſa lucida haſtato folio atro-vireſcente?

Aconitum vnifolium luteum Bulboſum. B. pin. Hyemale Ponticum. Eyſt.
Aconitum Lycoctonum luteum. B. pin. Luparia Tragi. Lycoctonum vulgatius Cluſ.
Aconitum lycoctonon luteum maius Dod. licoctonum luteum B. pin.
Aconitum Lycoctonum luteum minus Dod. deſcript.
Aconitum flore albo & cæruleo vario, ſeu Napellus glorioſus hort. Hermans.

Aconitum inflexâ comâ maximum. B. pin. Nutante comâ quintum Clusij.
Aconitum lycoctonon flore Delphinij Dod. cæruleum glabrum flore Consolidæ regalis. B. pin.
Aconitum cæruleum seu Napellus primus. B. pin. Napellus Dod.
Aconitum violaceum seu Napellus secundus. B. pin. Lycoctonon quartum Tauricum Clus.
Aconitum lycoctonon quintum Neubergense Clus. purpureum seu Napellus tertius. B. pin.
Aconitum lycoctonon cæruleum paruum Dod. cæruleum minus seu Napellus minor. B. pin.
Aconitum spicâ florum pyramidali. hort. Regij Bles.
Aconitum caule & pediculis rubris. hort. Regij Bles.
Aconitum salutiferum seu Anthora. B. pin. Anthora Dod.
Aconitum racemosum. B. pin. Christophoriana Dod.
Aconitum baccis niueis Cornuti.
Aconitum baccis rubris Cornuti.
Aconitum Pardalianches alterum, siue Thora minor. B. pin. Thora Valdensis Dod.

Acorus verus seu Calamus aromaticus Officinarum. B. pin. Acorum legitimum Clus.
Acorus adulterinus. B. pin. Gladiolus luteis liliis Cordi. Iris palustris lutea Tab. *Indig.*

Adiantum foliis Coriandri. B. pin. Adiantum seu Capillus Veneris verus Adu. Lob.
Adiantum Americanum Cornuti. Fruticosum Brasilianum. B. prodr.
Adiantum nigrum Plinij Lob. Dryopteris nigra Dod. *Indig.*
Adiantum mas Tab.

Adonis Matth. ed. B. syluestris flore phœniceo. B. pin. *Indig.*
Adonium luteum Tab. *Indig.*

Æthiopis Dod. foliis sinuosis. B. pin.

Ageratum Matthioli hist. Lugd. foliis serratis B. pin. Eupato-

rium Mesue Tragi. Costus minor hortensis Gesn.
Idem floribus candidis Obs. Lob. & B. pin.
Ageratum foliis serratis Monspelliensium majus. B. pin. Pallide luteo flore?
Ageratum purpureum hist. Lugdun. serratum Alpinum. B. pin.
Ageratum villosum purpureum. horti Reg. Bles.

Alaternus prima Clus. Philyca elatior. B. pin.
Alaternus altera foliis rotundioribus, & per oras rubris Clusij. Philyca humilior. B. pin.
Alaternus foliis ex albo variegatis. horti Reg. Blef.
Alaternus foliis ex luteo variegatis. hort. Reg. Blef.

Alcea vulgaris Dod. vulgaris major. B. pin. *Indig.*
Alcea folio rotundo laciniato. B. pin. Malua seu Alcea montana Col. *Indig.*
Alcea fruticosa cannabino folio Clus. cannabina. B. pin.
Alcea Syriaca hort. Eyst. arboreſcens Syriaca. B. pin. Althæa frutex secunda Clus.
Alcea Syriaca flore candido hort. Eyst.
Alcea vesicaria surrecta Capitis bonæ spei flore majore?
Alcea Veneta hort. Eyst. vesicaria Dod. B. pin.
Alcea villosa Dal. hist. Lugd. hirsuta. B. pin. *Indig.*
Alcea Indica vlmi folio?
Alcea Indica paruo flore. B. pin. Ægyptia Clus. Bamia Alexandrina Cæsalp.
Alcea Ægyptiaca villosa. B. pin. Bamia muschata Veslingij Obs. in Prosp. Alp.
Alcea folio trifido. Malua folio vario. B. prodr.

Alchimilla Dod. vulgaris Clus. B. pin. *Indig.*
Alchimilla minor Alpina.
Alchimilla minima montana Col? Saxifraga, seu Perchepier Anglorum Icon. Lob. Chærophyllo nonnihil similis. B. pin.
Alchimilla Pentaphyllæa Alpina. B. prod.

Alliaria Dod. B. pin. *Indig.*

Allium Dod. satiuum. B. pin. *Indig.*

Allium ſatiuum alterum, ſiue Alliopraſum caulis ſummo circumuoluto. B. pin. ſatiuum ſecundum Dod. Creticum ſiue Serpentinum Camer.

Allioporrum ſiue Scorodopraſum. B. pin. Scorodopraſon Galeni Ægin. porcinum Caroli Stephani.

Allium ſphæriceo capite folio latiore. B. pin. Ampelopraſum Dod. Scorodopraſum primum Cluſ. *Indig.*

Allium ſphæriceo capite anguſtiore folio. B. pin. Scorodopraſum alterum Lob. Lugd.

Allium Vrſinum Fuchſ. ſylueſtre latifolium B. pin. *Indig.*

Allium Anguinum Matthioli hiſtor. Lugdun. Montanum latifolium maculatum B. pin. Victorialis longa Cluſ.

Allium ſylueſtre tenuifolium Dod. campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus B. pin. *Indig.*

Allium montanum bicorne flore obſoletiore B. pin. Moly lurido colore Sweertij. *Indig.*

Allium montanum capite rotundo B. pin. Allium ſeu Moly montanum quintum Cluſ.

Allium montanum foliis Narciſſi majus B. pin. Allium ſeu Moly narciſſinis foliis primum Cluſ.

Alnus Dod. vulgaris Cluſ. rotundifolia glutinoſa viridis. B. pin. *Indig.*

Alnus nigra baccifera hiſt. Lugdun. B. pin. Frangula Dod. *Indig.*

Alni effigie lanato folio major. B. pin. Aria Theophraſti effigie Alni Adu. & Icon. Lob.

Alni effigie lanato folio minor. B. pin. Amelanchier Gallorum Obſ. Lob.

Alni effigie lanato folio minor Indica ſeu Aria Theophraſti Indica Robini?

Aloe Dod. vulgaris. B. pin.

Aloe ex America Dod. folio in oblongum aculeum abeunte. B. pin.

Alſine hederulæ folio. B. pin. Hederacea Tab. *Indig.*

Alſine foliis Veronicæ Tab. Veronicæ foliis, floſculis caulicu-lis adhærentibus. B. pin. *Indig.*

Alsine foliis Trissaginis Icon. Lob. Chamædryfolia floſculis pediculis oblongis insidentibus. B. pin. *Indig.*
Alsine triphyllos cærulea. B. pin. Elatine triphyllos hist. Lugd. *Indig.*
Alsine scandens baccifera. B. pin. Cucubalus Plinij hist. Lugd. *Indig.*
Alsine altissima nemorum. B. pin. major Dod. *Indig.*
Alsine media. B. pin. minor Dod. *Indig.*
Alsine minor multicaulis. B. pin. Minima Dod. *Indig.*
Alsine petræa minima Tab. minor Lini capitulis. B. pin.
Alsine affinis Androsace dicta major. B. pin. Androsace altera Matthioli Clus. *Indig.*
Alsine spergula dicta major. B. pin. Sagine spergula Obs. Lob. *Indig.*
Alsine Spergulæ facie seu Spergula minor subcæruleo floſculo. B. prodr. *Indig.*
Alsine perfoliata. D. De Giury.
Alsine fontana Tab. aquatica media. B. pin. *Indig.*
Alsine littoralis foliis portulacæ. B. pin. Alsines Pelagicum genus Clus.
Alsine nodosa Germanica. B. prodr. *Indig.*
Alsine tenuifolia muscosa. B. pin. Muscosa hist. Lugd. *Indig.*
Alsine inaperto flore. *Indig.*
Alsine hirsuta magno flore. B. pin. Auricula muris quibusdam Dod. Gall. ed.
Alsines facie Planta noua Col. Cynocrambe Dioscor. B. pin.

Althæa, Ibiscus Dod. vulgaris Clus. Althæa Dioscoridis & Plinij. B. pin. *Indig.*
Althæa arborea Olbiæ Lob. fruteſcens folio acuto, paruo flore. B. pin.
Althæa Theophrasti flore luteo. B. pin. Abutilon Auicennæ hort. Eyst.
Althæa fruteſcens folio rotundiore incano, Gallica magno flore B. pin. Althæa fruticans Clus.
Althæa geranij folio Robini?
Althæa Americana hort. Hermans. forte Alcea Americana Clus.
Althæa annua semine roſtrato, Herba Brasiliana, incolis

Bassourinsa dicta D. Brabant.

Alysson Galeni Dod. verticillatum foliis profundè incisis B. pin. Planta Hispanica Marrubio similis Col.
Alysson Dioscoridis Col. verticillatum foliis crenatis. B. pin.
Alysson minimum Dal.

Amaranthus maximus. B. pin. Quinüa seu Blitum majus Peruanum Clus.
Idem semine rubro hort. Reg. Blef.
Amaranthus coccineus elegans maximus Park.
Amaranthus maximus semine nigro. hort. Reg. Blef.
Amaranthus spicis viridibus. hort. Reg. Blef.
Amaranthus cristatus Camerarij hort. Eyst. paniculâ incuruâ B. pin.
Amaranthus holosericeus luteus.
Idem obsoleto phœniceo flore.
Idem paniculâ incuruâ ex viridi purpurascente.
Idem paniculâ ex luteo virescente.
Idem xerampelinâ spicâ tenuiore.
Idem spicâ tenuissimâ ferruginei coloris.
Amaranthus spicâ multiplici obsolete violaceâ.
Amaranthus holosericeus conglomeratus ex luteo purpurascens.
Idem ex æneo & carneo varius.
Amaranthus Cristatus æneo colore & miniato pictus.
Idem aureo panno concolor & purpureo-varius.
Idem igneâ cristâ ex aureo rutilante.
Idem regij coloris cristâ breuiore.
Amaranthus purpureus Dod. paniculâ conglomeratâ. B. pin.
Amaranthus spicatus hort. Eyst. simplici paniculâ. B. pin.
Amaranthus tricolor hort. Eyst. Icon. Lob. folio variegato. B. pin.
Amaranthus auriculatus phœniceo flore D. Morissone.
Amaranthus Indorum D. De Giury?

Ambrosia campestris repens. B. pin. Coronopus repens Lob. hist. Lugd. *Indig.*

Ambrosia satiua hortensis Lob. maritima B. pin.

Ammi vulgare Dod. majus B. pin.
Ammi Matth. ed. B.pin.
Ammi Creti. um aromaticum Adu. Lob. Ammi alterum Apij semine. B. pin.
Ammi Indicum? D. De Giury.
Ammi Lusitanum majus?

Amygdalus Dod. satiua B. pin. *Indig.*
Amygdalus Indica nana hor. Morin. Pumila hort. Regij Blef.
Amygdalus major fructu siue cortice duriore.

Anagallis phœniceo flore B. pin. mas phœnicea Icon. Lob. *Indig.*
Anagallis flore cæruleo B. pin. femina cærulea Icon. Lob. *Indig.*
Anagallis tenuifolia Monnelli Cluf. app. alt.
Anagallis lutea nemorum B. pin. flauo flore Cluf. *Indig.*
Anagallis omnium minima hort. Reg. Blef.
Anagallis aquatica major folio oblongo B. pin. Berula major Tab. *Indig.*
Anagallis aquatica minor folio subrotundo. B. pin. Aquatica seu Becabunga Germanorum Ad. Lob. *Indig.*
Anagallis aquatica folio rotundo non crenato B. pin. Aquatica tertia Icon. Lob. *Indig.*
Anagallis aquatica angustifolia. B. pin. Aquatica quarta. Icon. Lob. *Indig.*
Eadem flore albo. *Indig.*

Anagyris Dod. fœtida B. pin.
Anagyris non fœtida major vel Alpina B. pin. Laburnum Dod. Gall. ed.

Anchusa annua Lusitanica dullo flore D. Noblaërt : fortè, Echium nigrum flore eleganti Prof. Alpin. exotic.
Anchusa puniceis floribus B. pin. minor seu Alcibiadion, vel Onochiles Lob.
Anchusa lignosior angustifolia Adu. Lob. angustifolia B. pin.

Anil siue Indigo Linscot. Glasto affinis. B. pin.

Androsæmum Dod. maximum frutescens. B. pin. *Indig.*
Androsæmum maximū frutescens non bacciferū D. De Giury.
Androsæmum Campoclarense Col. Ascyrum seu Hypericum bifolium glabrum non perforatum B. pin. *Indig.*
Androsæmum alterum Apulum Col. perfoliatum & perforatum. B. pin. *Indig.*
Androsæmum alterum hirsutum Col. hirsutum. B. pin. *Indig.*
Androsæmum fœtidum seu Tragodes hort. Eyst.

ANEMONE.

Anemonum genus duplex, latifolium vnum, alterum tenuifolium : Illius folia quæ primum erumpunt, herbida & viridia, minutius laciniosa atque tergemina, quod hederæ foliis simillima sint, Gallis dicuntur *Lierrées.* Huius verò quod tripartitò dissecta sint, per ambitum serrata modice, leniter crispa vireant, & Apij folia mentiantur; simili ratione nobis vocantur, *à feüilles de Persil.* At Anemone tenuifolia, si sit flore simplici, senis latioribus foliis in Rosæ modum circinatis sese explicat, medio globulo nigricante pilis tenuissimis obsito ; Etenim quæ pleno nascitur flore, non modo sex illis constat foliis majoribus, sed & interdum angustissimis foliolis, latioribus interdum, iisque plurimis conglomeratis pro florum elegantiâ; eiuscemodi foliola Galli vocant, *pleuche ou panne.* Interdum & staminibus in circulum digestis superbiens exerit caput ; dicunturque isthæc stamina, *le Collier*, quæ minoris vt pretij, sic & æstimationis reddunt florem : vel minutissimis & breuioribus adhuc foliolis, folia inter & foliola circumamiciuntur, dicta *la fraise*, quæ rarioribus ideo pretium addunt quod illa, indicia sint pleniſſimi floris. Sed Anemone latifolia siue simplex illa fuerit, seu flore duplo, vel pleno ; foliolis prorsus carens, foliis solummodo constat, simplici dumtaxat ordine digestis in orbem ; Interdum innumeris in se inuicem, Calendulæ modo conglobatis, vti obseruare licet in Calcedonica. Pauo majore & eâ quam *Sylvie*, aut *Dauphine* vocant. tertium denique genus, est Hermaphroditarum, quæ cùm tenuifoliæ sint & flore pleno, solis

tamen foliis adornantur ſine foliolis.
Anemone tenuifolia flore ſimplici coccineo hort. Reg. Bleſ. Cramoſina Sweertij.
Anemone tenuifolia ſimplici flore dilutè purpureo hort. Reg. Bleſ.
Eadem flore ſimplici igneo. Flamma rubra Svveertij.
Eadem ſimplici violaceo flore hort. Reg. Bleſ.
Eadem flore ſimplici albo circa caulem purpuraſcente, eiuſdem horti.
Eadem flore ſimplici exalbido, eiuſdem horti. Albicans. B. pin.
Eadem flore ſimplici ex albo rubeſcente horti. Reg. Bleſ.
Eadem ſimplici dilutè violaceo flore. Eiuſdem hort.
Eadem degeneri pallore decolor. *Chamois.*
Anemone tenuifolia flore magno ſuaue-rubente vnguibus purpureis. B. pin.
Eadem atro-purpurea vnguibus albis.
Anemone tenuifolia flore ſimplici alba-griſea verſicolor Sweert.
Anemone tertia Matth. ed. B. ſylueſtris prima Cluſ. ſylueſtris alba major B. pin. *Indig.*
Anemone Alpina alba minor. B. pin. Quæ quarta in Prod.
Anemone tenuifolia ex griſeo dilutè violacea flore ſimplici: Eadem pleno flore, dicta *griſe Dodier.*
Anemone tenuifolia flore pleno pallido candore lacteſcente, *Blanche de laict.*
Anemone tenuifolia flore pleno floreas foliorum niues gratâ viriditate diluens.
Anemone circumfuſis foliis obſoletius purpurea vmbilico blandè virenti.
Anemone flore maximo foliis majoribus folio breui lateritiis languido virore vmbilicata. *D. Boutin.*
Anemone intenſe miniata foliis & foliolis interfuſo candore lucentibus. *Dorothée.*
Anemone flore pleno lutoſe albido (*gris ſale*) margine roſeâ. *Albicante.*
Anemone tenuifolia foliis rubris albedine virgatis. *Regate vulgaire.*
Anemone tenuifolia flore pleno. Ignis fulgore ardens innocentérque flammea. *Incarnadine d'Eſpagne.*
Anemone tenuifolia rutilo & albo-varia. *Gallipoli de Thoulouſe.*

Anemone tenuifolia pleno flore, foliolis latioribus, mali Persicæ rubello flore concolor. *Perciquine.*

Anemone tenuifolia pleno flore carneo rutilis guttata punctis maxima. *Albertine.*

Anemone coccinea holosericeo pleno flore Icon. Passęi. *Cramoisie.*

Anemone flore pleno foliis & foliolis rubris. hort. Reg. Blesensis. *Double rouge.*

Anemone flore pleno ex viridi-rubescente foliolis interius rubentibus. hort. Reg. Blesensis.

Anemone xerampelina, *rose seiche*, multiplex latis foliolis sine foliis, Ranunculi flore. *Ranonculée.*

Anemone flore rutilo & lactis albedine tricolor. Purpurea foliis niueo candore stolatis Ioan. Baptist. Ferrarij. *Orlate Romaine.*

Anemone tenuifolia pleno flore foliis & foliolis fulgentissimo cocco splendentibus oris niueis. *Orlate de Flandres.*

Anemone tenuifolia pleno flore, foliis holosericeis ex albo & rubro purpureo variegatis foliolis ex ianthino fuscis, comâ minutissimâ holoserico rubro-purpureo simili. *Amaranthe* ou *Quatricolor.*

Anemone tenuifolia foliis obsoletè candidis rutilo splendore irroratis comâ pari. *Scala.*

Anemone latifolia flore simplici suauerubente.

Eadem flore pleno, Mali Persicæ quoad florem æmula. *Rosée.*

Anemone latifolia Calcedonica major flore pleno viridi, lineis rubentibus Svveertij.

Anemone latifolia Calcedonica maxima viridibus distincta lineis Svveertij.

Anemone latifolia Pauota multiplex flore miniato Bry.

Eadem vmbilico flauescente Clus.

Eadem foliis ex rubro & albo variis. Pauo major herbariorum. *La merueille.*

Anemone latifolia seu Pauo minor foliis amæno violaceo & albo variegatis. *Dauphine* ou *Syluie.*

Anemone tenuifolia flore pleno Hermaphrodita foliis circa basim rutilis cacumine albescente. D. Boutin.

Eadem majore flore foliis ferrugineo & albo colore pariliter diuisis. D. Boutin.

Eadem holosericea coccineo pleno flore maximo.

Eadem violaceo, & dilutè violaceo flore.
Anemone Hermaphrodita foliis circa basim & mediâ sui parte rubris, alterâ parte lactis candore fulgentibus.

Anethum Dod. Hortense B. pin.
Anethum syluestre minus B. prod.

Angelica major Dod. satiua B. pin.
Angelica syluestris Dod. Syluestris major B. pin. *Indig.*
Angelica syluestris minor seu erratica B. pin. Podagraria Germanica seu Belgica Obs. & Icon. Lob. *Indig.*
Angelica montana maxima. Archangelica Dod. Clus.
Angelica syluestris montana. B. pin. Montana minor Tab.
Angelica lucida Canadensis Cornuti.
Angelica atro purpurea Canadensis Cornuti.
Angelica Richeri? Fortè Seseli Peloponnense Lob.
Angelica maxima semine rotundiore. hort. Hermans. Scandiaca Tab. an Archangelica Dod.?
Angelica Transsyluanica D. de Giury.

Anguria Brasiliana B. pin.

Anisum Dod.

Anonis spinosa flore purpureo B. pin. Anonis Fuch. Dod. *Indig.*
Eadem flore albo Tab.
Anonis floribus exiguis luteis. Anonis lutea syluestris minima Col. *Indig.*
Anonis spinosa lutea major B. pin. Ononis montana lutea Gesn.
Anonis viscosa spinis carens lutea major. B. pin. Natrix Plinij herbariorum Adu. Lob.
Anonis non spinosa flore luteo variegato. B. pin. Ononis flore luteo variegato non spinosa Eyster.
Anonis non spinosa purpurea Cretica? Fortè Anonis mitis annua. horti Reg. Blef.
Anonis flore pendulo purpureo D. Berard. An? eadem quæ viscosa minor flore pendulo. B. prod. nisi quod sit lutea.

Anonis fruteſcens? D. Berard.

Anthyllis leguminoſa Hiſpanica flore rubro hor. Groningæ.
Anthyllis prior lentifolia maritima Peplios effigie Ad. & Icon. Lob. Portlandiæ lentifolia Penæ hiſt. Lugd.
Anthyllis marina incana alſine folia Narbonenſium Lob. maritima alſine folia B. pin.

Antirrhinum majus rotundiore folio B. pin. Cynocephalus Plinij. hiſt. Lugd. *Quoad florem.*
Antirrhinum majus alterum folio longiore B. pin. Magnum ruberrimum Dod. Cynocephalus Plinij. hiſt. Lugdun. *Quoad folia.*
Idem flore albo oris rubris. Eyſtet.
Idem niueo flore oris luteis. Eyſtet.
Antirrhinum flaueſcens Dod. deſcript.
Idem lacteo flore.
Antirrhinum ex dilutè albo purpuraſcens Dod. Deſcript.
Antirrhinum aruenſe majus B. pin. Primum Math. ed. B.
Idem flore albo. hort. Reg. Bleſ.
Antirrhinum aruenſe minus B. pin. Os leonis in vineis Caſalp. *Indig.*

Aparine Dod. vulgaris B. pin. *Indig.*
Aparine ſemine læui. *Indig.*
Aparine fructu verrucoſo.

Apios Americana Cornuti.

Apium hortenſe Dod. hortenſe ſeu Petroſelinum vulgò B. pin.
Apium vel Petroſelinum criſpum B. pin. Petroſelinum criſpum Cam.
Apium hortenſe maximum B. prod.
Apium montanum folio tenuiore B. pin. Petroſelinum Dal. hiſt. Lugd.
Apium montanum folio ampliore B. pin. Oreoſelinum Cluſ. Oreoſelinum ſiue Veelgutta Dod. *Indig.*
Apium ſylueſtre ſeu Thyſſelium Dod. ſylueſtre lacteo ſucco

turgens. B. pin.
Apium montanum nigrum B. pin. Oreoſelinum Pariſienſium hiſt. Lugd.
Apium peregrinum foliis ſubrotundis B. pin. Selinum peregrinum Cluſ.
Apium petræum ſiue montanum album Ioan. Bauh.
Apium paluſtre, & Apium officinarum B. pin. Eleoſelinum Dod. *Indig.*
Apium Macedonicum B. pin. Petroſelinum Macedonicum Ad. Lob. Petroſelinum Macedonicum verum herbar.

Apocynum rectum Syriacum foliis Eſulæ raræ Venetorum?
Apocynum folio ſubrotundo B. pin. Primum latifolium Cluſ.
Apocynum folio oblongo B. pin. Periploca ſerpens anguſtiore folio Obſ. & Icon. Lob.
Apocynum majus Syriacum rectum Cornuti. Lapathum Ægyptiacum lacteſcens B. pin.
Apocynum rectum minus Canadenſe Cornuti. Vmbellato rubro flore horti Hermans. Americanum Aſclepiadis folio.

Aquifolium Matth. ed. B. Ilex aculeata baccifera folio ſinuato. B. pin. *Indig.*
Aquifolium folij facie vndique eſchinatâ. Cornuti.

Aquilegia Fuchſ. ſylueſtris. B. pin. *Indig.*
Eadem quæ
Aquilegia flore albo ſimplici hort. Eyſt.
Aquilina rubra Icon. Lob.
Aquilegia pumila præcox Canadenſis Cornuti.
Aquilegia hortenſis multiplex flore magno. B. pin. Aquileia multiplici flore cœruleo Dod.
Aquilegia flore pleno albo hort. Eyſt.
Aquilegia flore pleno incarnato hort. Eyſt.
Aquilegia flore pleno verſicolori. hor. Reg. Bleſ.
Aquilegia flore roſeo multiplici. B. pin. Stellata flore purpureo hort. Eyſt.
Aquilegia ſtellata flore violaceo hort. Eyſt.
Aquilegia ſtellata flore albo. hor. Reg. Bleſ.

Arbor lanifera.

Arbor venenata.

Arbutus Dod. folio ferrato B. pin.

Argemone lutea radice viuâ : Argemone Alpina lutea Coriandri folio B pin. Lutea Ponæ.
Argemone capitulo torulis canulato Obſ. Lob. capitulo breuiori B. pin. *Indig.*
Argemone capitulo longiore Obſ. Lob. B. pin. *Indig.*
Argemone capitulo glabro D. Berard.

Ariſarum anguſtifolium Dod. anguſtifolium Dioſcoridis fortè B. pin.
Ariſarum latifolium quibuſdam Ioan. Bauh. & Dod. Arum lituris nigris & luteis, venis albis ſignatum?
Ariſarum Serpentariæ majoris folio viridi palleſcente? hort. Hermans.

Aracus perennis flore cæruleo eleganti. hort. Hermans.

Ariſtolochia rotunda Dod. rotunda flore ex purpurâ nigro B. pin.
Ariſtolochia longa Dod. longa vera B. pin.
Ariſtolochia clematitis recta B. pin. Clematitis vulgaris Cluſ. *Indig.*
Ariſtolochia, Piſtolochia dicta B. pin. Piſtolochia Cluſ.

Artemiſia Matth. ed. B. vulgaris major B. pin. *Indig.*

Arum vulgare folio ſubrotundo maculatum maculis nigris. *Indig.*
Idem ſpicâ violaceâ. D. Des Bertinieres.
Arum venis albis B. pin.
Arum venis albis lituris nigris ſignatum. hor. Reg. Bleſ.
Arum Fuchſ. vulgare non maculatum. B. pin. *Indig.*
Arum maculatũ maculis nigris B. pin. Maculatum Tab. *Indig.*
Arum maculatum maculis candidis B. pin. Caſt. deſcr.

Arum Indicum amplo flore.
Arum maximum Ægyptiacum, quod vulgò Colocasia B. pin.
Colocasia Ægyptia florida Veslingij Obs. in Prosp. Alp.
Arum aquaticum non maculatum Belgarum ?

Arundo vallatoria seu phragmites Obs. & Icon. Lob. vulgaris
seu phragmites Dioscoridis B. pin. *Indig.*
Arundo donax seu Cypria Dod. sativa B. pin. *Indig.*
Arundo Indica variegata seu Laconica Theophrasti, Cornuti.
Arundo Indica florida, Cannacorus quorundam. Obs. & Icon.
Lob. Indica latifolia B. pin. Canna Indica rubra hort. Eyst.
Arundo Indica latifolia flore luteo punctato B. pin. Canna Indica lutea rubris maculis punctata hort. Eyst.

Asarum Dod. B. pin. *Indig.*
Asarum Canadense Cornuti.

Asclepias Fuchs. albo flore B. pin. *Indig.*
Asclepias angustifolia flore flaueſcente. *Indig.*
Asclepias nigro flore B. pin. altera flore nigro Obs. Lob.
Ascyrum Matth. ed. B. Dod. Lob. *Indig.*

Asparagus hortensis Dod. satiua B. pin. *Indig.*
Asparagus marinus Clus. maritimus crassiore folio B. pin.

Asperula odorata flore albo Dod. Asperula seu Rubeola montana odora B. pin. *Indig.*
Asperula cærulea Dod. cærulea aruensis B. pin. *Indig.*
Asperula seu Rubeola Indorum? D. de Giury.

Asphodelus albus ramosus mas B. pin. major albus hort. Eyst.
Asphodelus albus non ramosus B. pin. Hastula regia seu Asphodelus Matth. ed. B.
Asphodelus luteus Dod. luteus & flore & radice B. pin.
Asphodelus foliis fistulosis B. pin. minor Clus. Phalangium Cretæ Salonensis Ad. Lob.
Asphodelus albus minimus B. pin. minimus Clus.
Asphodelus spiralis major luteus, foliis circa florem vmbellæ modo disposítis,

Aſplenium Dod. Ceterach officinarum B. pin.

Aſter luteus foliolis ad florem rigidis B. pin. Aſter primus Cluſ.
Aſter cernuus Col. Atticus foliis circa florem mollibus B. pin.
Aſter montanus luteus ſalicis glabro folio B. pin. Auſtriacus ſecundus Cluſ. *Indig.*
Aſter conyzoïdes odoratus luteus hort. Eyſt.
Aſter Atticus ſupinus Dod. luteus ſupinus B. pin.
Aſter luteus alatus Cornuti.
Aſter Atticus Dod. Atticus cœruleus vulgaris B. pin.
Aſter præcox flore cæruleo majore. horti Reg. Bleſ.
Aſter elatior flore cæruleo minore, eiuſdem horti.
Aſter montanus cæruleus magno flore foliis oblongis B. pin. Alpinus cæruleo flore ſeu ſeptimus Cluſ.
Aſter minor Narbonenſium Tripolij flore, Linariæ folio Lob. Tripolij flore B. pin.
Aſter flore Tripolij latifolius. hort. Reg. Bleſ.
Aſteriſcus latifolius autumnalis Cornuti.
Aſter ſerotinus Tradeſcanti.
Aſter flore Bellidis ſylueſtris minoris. hort. Reg. Bleſ.
Aſter Canadenſis annuus. *Indig.*

Aſtragalus Bæticus Cluſ. Bæticus lanuginoſus radice ampliſſima B. pin.
Aſtragalus Monſpelienſis Cluſ.
Aſtragalus ſyluaticus Thal. ſyluaticus foliis oblongis glabris. B. pin. *Indig.*
Aſtragalus Patauinus? forte vicia Seſamacea Col.

Atractylis Dod. lutea B. pin. *Indig.*

Atriplex ſatiua alba Icon. Lob. hortenſis alba ſeu pallidè virens B. pin.
Atriplex hortenſis rubra B. pin. rubra Tab. *Indig.*
Atriplex ſylueſtris vulgatior ſinuata Lob. ſylueſtris folio ſinuato candicante B. pin. *Indig.*
Atriplex ſylueſtris latifolia B. pin. Pes anſerinus Dod. *Indig.*
Atriplex ſylueſtris latifolia acutiore folio B. pin. Chenopo-

dium, Pes anſerinus ſecundus Tab. *Indig.*
Atriplex ſylueſtris Mori fructu B. pin. ſylueſtris baccifera Cluſ.
Atriplex ſylueſtris fragifera media, & minor. hor. Reg. Bleſ.
Atriplex ſylueſtris lappulas habens B. prodr. *Indig.*
Atriplex fœtida B. pin vuluaria Tab. *Indig.*
Atriplex ſylueſtris Polygoni, aut Helxines foliis Obſ. & Icon. Lob. anguſto oblongo folio B. pin. *Indig.*
Atriplex folio haſtato. hort. Reg. Bleſ. *Indig.*
Atriplex marina Dod. maritima laciniata B. pin.
Atriplex maritima Vallerandi ? D. de Giury.

Auena Dod. vulgaris ſeu alba B. pin. *Indig.*
Auena nigra B. pin. *Indig.*

Azedarach Dod.

B

Balſamina cucumerina punicea Obſ. & Icon. Lob. rotundifolia repens ſeu mas B. pin.
Balſamina femina perſicifolia Obſ. & Icon. Lob. femina B. pin.
Balſamina lutea, ſiue noli me tangere B. pin. Impatiens herba Dod.

Barba capræ Fuchſ. floribus oblongis B. pin.
Barba capræ floribus compactis B. pin. Vlmaria Cluſ. *Indig.*

Barba Iouis hiſt. Lugd. B. pin.

Bellis major Dod. ſylueſtris caule folioſo major B. pin. *Indig.*
Bellis Alpina major rigido folio B. prodr.
Bellis ramoſa vmbellifera Cornuti.
Bellis media hiſt. Lugd. ſylueſtris media caule carens B. pin. *Indig.*
Bellis minor ſylueſtris Fuchſij hiſt. Lugd. Sylueſtris minor. *Indig.*
Bellis hortenſis multiplici flore Obſ. Lob.
Bellis hortenſis prolifera B. pin. Variegata prolifera Eyſt.

Bellis minor flore multiplici albo hort. Eyst.
Bellis cærulea caule folioso B. pin. Cærulea seu Globularia Monspeliaca Icon. Lob. *Indig.*
Bellis cærulea montana frutescens B. pin. Scabiosa decima seu repens Clus. *Indig.*
Bellis lutea foliis profundè incisis major B. pin. Chrysanthemum segetum Obs. & Icon. Lob. *Indig.*
Bellis peregrina denso fragilique folio D. Morisone.

Berberis dumetorum B. pin. vulgaris Clus. Oxyacantha Galeni. *Indig.*

Beta communis siue viridis B. pin. Agrestis Trag.
Beta alba Matth. ed. B. alba vel pallescens quæ cicla officinarum B. pin.
Beta rubra vulgatior Obs. & Icon. Lob. rubra vulgaris. B. pin.
Beta rubra radice Rapæ B. pin. rubra Romana Dod.
Beta rubra radice Rapæ costâ & foliis latioribus. hort. Reg. Blef.
Beta radice Rapæ costâ amplâ aureâ. hort. Regij Blef.
Beta Cretica semine aculeato B. prodr.
Beta sylvestris maritima B. pin. Sylvestris spontanea marina Obs. Lob.

Betonica Dod. purpurea B. pin. *Indig.*
Betonica flore albo Matth. ed. B. alba B. pin. *Indig.*
Betonica major Danica Park.
Betonicæ folia Alopecuri folio B. pin ? Alopecuroïdes montana hist. Lugd.

Betula Dod. B. pin. *Indig.*

Bistorta Dod. major radice minus intorta B. pin.
Bistorta major radice magis intorta B. pin. Serpentaria mas, siue Bistorta Fuchs.

Blattaria Fuchs. Matth. ed. B. lutea folio longo laciniato B. pin. *Indig.*
Blattaria alba, Verbascum Tab. alba B. pin. *Indig.*

Blattaria flore purpureo Icon. Lob. purpurea B. pin.
Blattaria purpurea radice perenni tuberosa. hort. Reg. Blef.
Blattaria perennis, fibrosa radice flore purpureo hort. Hermans.
Fadem violaceo flore.
Blattaria Byfantina ampla flore albo ? an magno flore Icon. Lob.
Blattaria Mauritanica maxima verbafci folia luteo flore ? D. Brabant.

Blitum album Matth. ed. B. album majus B. pin.
Blitum minus Dod. album minus B. pin. *Indig.*
Blitum polyfpermon Tab. B. pin. *Indig.*
Blitum rubrum fupinum Icon. Lob. rubrum minus B. pin. *Indig*
Blitum Indicum D. de Giury?

Botrys Dod. ambrofioïdes vulgaris B. pin.
Botrys ambrofioïdes Mexiocana B. pin. app. defcr.
Botrys chamædryoïdes B. pin. Chamædrys laciniatis foliis Obf. & Icon. Lob. *Indig.*

Braffica capitata albida Dod. capitata alba B. pin.
Braffica Sabauda, Hyberna Icon. Lob. alba capite oblongo non penitus clauso B. pin.
Braffica capitata polycephalos hift. Lugd. ex capitibus pluribus conglobata B. pin.
Braffica rubra capitata Dod. B. pin.
Braffica gongylodes Matth. ed. B. & B. pin. caule rapum gerens Icon. Lob.
Braffica cauliflora Dod. B. pin.
Braffica vulgaris fatiua Dod. alba vel viridis B. pin.
Braffica rubra B. pin. Cumana feu rubra Dod. Gall. ed.
Braffica Afiatica folio altero alteri innuto D. Noblaërt. Ex toto crifpa Robini.
Braffica crifpa Matth. ed. B. Alba crifpa B. pin.
Braffica Afparagodes Dal. hift. Lugd. Afparagode crifpa B. pin.
Braffica fimbriata Obf. & Icon. Lob. B. pin.
Braffica Anglica minima Ad. Lob. fimbriata pumila B. pin.
Brafsica Seliniſia latifolia Tab. Lato Apij folio B. pin.

Braſſica ſelinoïdes Dod. anguſto Apij folio B. pin.
Braſſica ſylueſtris Dod. aruenſis B. pin. *Indig.*
Braſſica marina ſylueſtris monoſpermos Penæ hiſt. Lugd. maritima B. pin.
Braſſica ſylueſtris perfoliata Dod. campeſtris perfoliata flore albo B. pin. *Indig.*
Braſſica ſylueſtris foliis circa radicem cichoraceis B. pin. Sinapi album hiſt. Lugd. *Indig.*
Braſſica ſylueſtris foliis integris, & hiſpidis B. pin. Turritis Icon. Lob. *Indig.*
Braſſica ſylueſtris ramoſa tota pene glabra B. pin. Turritis major Plateau Cluſ.

Brunella major folio non diſſecto B. pin. Brunella Dod. *Indig.*
Eadem flore albo. *Indig.*
Brunella folio laciniato B. pin. Symphytum petræum Obſ. & Icon. Lob. *Indig.*
Eadem flore albo, & roſeo. *Indig.*
Brunella hyſſopifolia B. phytop.
Brunella cærulea magno flore hort. Eyſt. B. pin. *Indig.*

Bryonia alba Dod. aſpera ſeu alba baccis rubris B. pin. *Indig.*
Bryonia ſylueſtris, Sigillum Mariæ Ad. Lob. læuis ſeu nigra racemoſa B. pin. *Indig.*

Bugloſſum latifolium, Borrago B. pin. Borrago Dod.
Idem flore albo. hort. Reg. Bleſ.
Bugloſſum ſemperuirens Ad. & Icon. Lob. latifolium ſemperuirens B. pin.
Bugloſſum ſemperuirens minus. hort. Reg. Bleſ. Symphytum pumilum repens Borraginis facie Obſ. & Icon. Lob.
Bugloſſum anguſtifolium majus B. pin. anguſtifolium Obſ. & Icon. Lob.
Bugloſſum minus ſatiuum Dodonæi hiſt. Lugd. anguſtifolium minus B. pin.
Bugloſſum ſylueſtre minus B. pin. minus ſylueſtre Dodonæi hiſt. Lugd. *Indig.*
Bugloſſum ſylueſtre caulibus procumbentibus B. pin. Alyſſum Germanicum echioides Obſ. & Icon. Lob. *Indig.*

Buglossum siue Borrago χαρπουεροπῶς D. Morissone.
Bulbocastanum majus folio Apij B. pin. Bolbocastanum Dod. *Indig.*

Bulbus Eriophorus Peruanus B. pin. Desc. Eriophorus Peruanus Clus.
Bulbus eriophorus Clus. eriophorus Orientalis B. pin.

Buphtalmum lanuginosum foliis millefolij B. pin. Chrysanthemum Valentinum Clus. Oculus bouis millefolij folio Chrysanthemi flore Adu. Lob.
Buphthalmum Dioscoridis B. pin. Alterum Cotulæ fœtidæ facie Adu. Lob.

Bupleurum angustifolium Dod. folio subrotundo seu vulgatissimum B. pin. *Indig.*
Bupleuron angustissimo folio B. pin. minimum Col.

Bursa pastoria Dod. pastoris major folio sinuato B. pin. *Indig.*
Bursa pastoria minor Dod. *Indig.*
Bursa pastoris major loculo oblongo B. pin. Draba minima muralis discoides Col.
Bursa pastoris minor loculo oblongo B. pin. Paronychia Alsinefolia Obs. & Icon. Lob. *Indig.*
Bursæ pastoris similis siliquosa major B. pin. Aizoon telephium Dal. hist. Lugd. *Indig.*

Buxus Fuchs. arborescens B. pin. *Indig.*
Buxus humilis Dod. descr. foliis rotundioribus B. pin.
Buxus foliis aureis. hor. Reg. Blef.
Buxus foliis ex luteo variis D. Gobelin.

C.

CAcalia tomentosa B. prod.
Cacalia foliis crassis hirsutis B. pin. Cacalia Ghini in descript. mont. Pilat. Lugd. Du Choul.
Cacalia foliis cutaneis acutioribus & glabris B. pin. Cacalia glabro folio Clus.

Cæpa cāpitata Matth. ed. B. vulgaris B. pin. *Indig.*
Eadem alba. *Indig.*
Cæpa Sectilis Matth. ed. B. *Indig.*
Cæpa Aſcalonica Matth. ed. B. ſterilis B. pin.

Calamintha montana vulgaris Obſ. & Icon. Lob. vulgaris, vel officinarum Germaniæ B. pin. *Indig.*
Calamintha montana præſtantior hort. Eyſt. magno flore B. pin.
Calamintha vulgaris exiguo flore B. prodr. *Indig.*
Calamintha aruenſis verticillata B. pin. aquatica Matthioli hiſt. Lugd. *Indig.*
Calamintha incana Ocymi foliis B. pin. montana incana minor Tab.

Caltha vulgaris B. pin. Calendula Dod. *Indig.*
Eadem melino flore. *Indig.*
Caltha prolifera majoribus foliis B. pin. Chryſanthemum Proliferum Icon. Lob.
Eadem Melino flore. *Indig.*
Caltha calendula citrato ſemine pleno flore?
Ephedra. Anabaſis Dod. Polygonũ bacciferũ ſcandens. B. pin.
Epilobium. Lyſimachia latifolia Chamænerion dicta. B. pin.
Epimajorana Tab. Majorana tenuifolia. B. pin.
Epimelis Gal. Arbutus folio ſerrato perperam. B. pin.
Epipactis. Helleborine montana latifolia. B. pin.
Equapium Gazæ. Hippoſelinum Theophraſti ſeu Smyrnium Dioſcorid. B. pin.
Equinalis, Equiſetum, Equiſetis, Cauda equina. Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. B. pin.
Erucago Col. Reſeda vulgaris. B. pin.
Eranthemum, Flos Adonis. Adonis ſylueſtris phœniceo flore. B. pin.
Ericoïdes luteum Tab. Euphraſia pratenſis lutea. B. pin.
Erigerum. Senecio vulgaris major. B. pin.
Erinacea Cluſ. Geniſta, Spartium ſpinoſum foliis lenti ſimilibus. B. pin.
Eriophorus. Bulbus Eriophorus Orientalis. B. pin.
Eriphion. Fumaria tuberoſa radice cauâ major. B. pin.

Erythrodanum. Rubia maior seu tinctorum satiua. B. pin.
Eruum & Eruilia. Ochrus folio integro capreolos emittente. B. pin.
Erysitales. Carduus pratensis foliis tenuibus laciniatis. B. pin.
Esculus Plinij. Phagus parua siue parua quercus Græcorum. B. pin.
Etlach Scaligeri. Iuniperus maior, baccâ rufescente. B. pin.
Exupera. Verbena communis, cæruleo flore. B. pin.

F.

FAba Ægyptia. Syluestris fructu rotundo atro. B. pin.
Faba crassa, inuersa. Telephium vulgare. B. pin.
Faba suilla & lupina. Hyoscyamus vulgaris seu niger. B. pin.
Farfara, Farfarella, Farfugium. Tussilago vulgaris. B. pin.
Farsium, Thora Valdensis. Aconitum Pardalianches alterum, seu Tora minor. B. pin.
Far Clusinum Lugd. Oryza Germanica. B. pin.
Faselas seu Faselus & Phaseolus. Smilax hortensis siue Phaseolus. B. pin.
Febrifuga. Conyza vulgaris. B. pin.
Febrifugia & Fel terræ. Centaurium minus purpureum aut album. B. pin.
Ferraria. Verbena communis cæruleo flore. B. pin.
Ferraria minor. Agrimonia seu Eupatorium veterum. B. pin.
Ficaria. Chelidonia rotundifolia minor. B. pin.
Filago, Filius ante patrem. Gnaphalium vulgare majus. B. pin.
Fistula pastoralis Fuchs. Plantago aquatica stellata. B. pin.
Fistularia. Pedicularis pratensis purpurea. B. pin.
Flos Adonidis & Adonium. Adonis sylueſtris phœniceo flore. B. pin.
Flos Africanus. Tanacetum Africanum, seu Othonna majus & minus. B. pin.
Flos Ambarualis. Polygala vulgaris. B. pin.
Flos Amoris Fuchs. Amaranthus maximus. B. pin.
Flos Cæli. Lychnis Coronaria Dioscor. satiua. B. pin.
Flos Constantinopolitanus, Hierosolymorum, Creticus, Coccineus. Lychnis hirsuta flore coccineo major. B. pin.
Flos Crucis Gesn. Idem ac Polygala vulgaris. B. pin.

Flos Cryſtalli. Kali geniculatum majus. B. pin.
Flos Cuculi. Caryophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici. B. pin.
Flos equeſtris & regius. Conſolida regalis hortenſis. B. pin.
Flos Farneſianus. Helianthemum Indicum tuberoſum. B. pin.
Flos Februarij, Leucoïum bulboſum trifolium minus. B. pin.
Flos hepaticus Tab. Gramen Parnaſſi albo ſimplici flore. B. pin.
Flos Iouis. Idem ac Flos Cæli.
Flos Sanctæ Magdalenæ. Nardus Celtica Dioſcoridis. B. pin.
Flos Mexicanus. Caryophyllus Indicus ſeu Othonna, & Tanacetum Mexicanum flore fiſtuloſo. B. pin.
Flos noctis Geſn. Conuoluulus peregrinus cæruleus anguloſo hederaceo folio. B. pin.
Flos Beatæ Virginis. Nardus Celtica Dioſcorid. B. pin.
Flos omnium menſium. Caltha vulgaris. B. pin.
Flos paſſionis, Paſſionalis, Granadilla. Clematitis trifolia flore clauato roſeo. B. pin.
Flos Perſicus Cluſ. Siſynrichium majus flore luteâ maculâ notato. B. pin.
Flos Sancti Iacobi. Iacobæa vulgaris laciniata. B. pin.
Flos Sancti Georgij Cluſ. Leucoïum luteum vulgare. B. pin.
Flos Solis prolifer. Helenium Indicum maximum. B. pin.
Flores Sanctæ Guynteriæ. Chondrilla Intybaceis foliis, verrucaria. B. pin. Et Phyllum Spicatum. B. pin.
Flores Sancti Ioannis. Chryſanthemum Matricariæ foliis. B. pin, & Bellis ſylueſtris caule folioſo major. B. pin.
Flos Tinctorius. Geniſta tinctoria Germanica. B. pin.
Flos Trinitatis. Viola tricolor ſurrecta. B. pin.
Fœnum ſanctum. Fœnum græcum ſatiuum. B. pin.
Frangula Cordi. Fragaria vulgaris. B. pin.
Frangula Dod. Alnus baccifera nigra. B. pin.
Fructus Sancti Georgij. Cucumis ſylueſtris aſininus dictus. B. pin.
Frutex Coronarius Cluſ. Syringa alba ſiue Philadelphus Athenæi. B. pin.
Fuga dæmonum. Hypericum vulgare. B. pin.
Fumus Beatæ Mariæ. Abſinthium alpinum vmbelliferū. B. pin.
Fumus terræ. Fumaria officinarum Dioſcoridis. B. pin.
Funis arborum. Convoluulus major albus. B. pin.

Fusanus & Fusanum. Euonymus vulgaris granis rubentibus. B. pin.

G.

GAgel Germanorum. Rhus Myrtifolia Belgica. B. pin.
Galeopsis. Lamium maximum syluaticum. B. pin.
Galerita Tragi. Petasites major & vulgaris. B. pin.
Gallitrichum. Horminum Scarlea dictum. B. pin.
Garosmus. Atriplex fœtida. B. pin.
Garyophyllon Plinij. Caryophyllus aromaticus fructu rotundo. B. pin.
Gelatophyllis, Apium risus, Herba Sardoa. Ranunculus palustris Apij folio læuis. B. pin.
Geminalis. Idem quod Gallitrichum.
Geniculata. Polygonatum latifolium vulgare. B. pin.
Gerontopogon Gesn. Tragopogon luteum majus. B. pin.
Gethyllis Gesn. Porrum sectiuum iuncifolium. B. pin.
Geum Alpinum. Caryophyllata Alpina minor. B. pin.
Gigantea Burgundica. Helianthemum Indicũ tuberosum. B. pin.
Ginge Camer. Pisum Indicum minus coccineum. B. pin.
Gith & Githago. Nigella aruensis cornuta. B. pin.
Giula. Balsamina femina. B. pin.
Glans vnguentaria. B. pin. Ben Arabum & Balanus myrepsica Bellon.
Glastum & Guadum. Isatis satiua vel latifolia. B. pin.
Globularia Monspeliẽsium. Bellis cærulea caule folioso. B. pin.
Gomphrena Lugdunensiũ. Amaranthus folio variegato. B. pin. tricolor Eyst.
Gordylium Æginetæ & Tordylium aliis. Seseli Creticum minus. B. pin.
Gorgonium. Lithospermum majus erectum. B. pin.
Gralega. Galega vulgaris. B. pin.
Granadilla Monardi. Flos passionis, Clematis Trifolia flore roseo clauato. B. pin.
Granum Alzelin & Zelin Arabum. Cyperus rotundus esculentus angustifolius. B. pin.
Granum Gnidium. Thymelæa foliis Lini. B. pin.
Granum nil seu Nil Auicen. Conuoluulus cæruleus hederaceo angulosо folio. B. pin.

Granum Paradiſi. Cardamomum majus, Meleguetta. B. pin.
Granum regium majus Meſuei. Ricinus vulgaris. B. pin.
Gratia Dei, Flos Solis Dod. Chamæ ciſſus foliis minoribus & incanis. B. pin.
Gratia Dei Germanorum Tab. Geranium Batrachiodes. B. pin.
Grias Apuleïo. Iberis latiore folio. B. pin.

H.

HÆmorrhoïdalis Aldrouandi, Polygono anguſtifolio affinis. B. pin.
Halbazelin, Zelin, Alzelin; Cyperus rotundus anguſtifolius eſculentus. B. pin.
Halicacabum. Solanum veſicarium. B. pin.
Halicaſtrum. Zea Briza dicta vel monococcos. B. pin.
Haliphleos. Quercus calyce hiſpido glande minore. B. pin.
Harcoma Arabibus. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine Sorgo dictum. B. pin.
Harmala Syriaca. Ruta ſylueſtris flore magno albo. B. pin.
Haſtula regia. Aſphodelus albus non ramoſus. B. pin.
Helianthos, Heliocallis, Helianthemum Cordi. Chamæciſſus foliis minoribus & incanis. B. pin.
Heliochryſos Tragi. Linaria folioſo capitulo luteo maior. B. pin.
Hemeris. Quercus cum longo pediculo. B. pin.
Henne Arabum, Idem quod Alcanna. Phyllyrea anguſtifolia. B. pin.
Henophyllum, Monophyllum, vnifolium. Lilium conuallium minus. B. pin.
Heracleos. Lithoſpermon aruenſe majus erectum. B. pin.
Heraclium. Origanum Heracleoticum. Cunila gallinacea Plinij. B. pin.
Herba alba. Abſinthium Lauandulæ foliis. B. pin.
Herba Amoris ſeu Flos Amoris. Amaranthus variegato folio. B. pin.
Herba Anthoniana. Lyſimachia Latifolia Chamænerion dicta. B. pin.
Herba Benedicta. Caryophyllata vulgaris. B. pin.
Herbacantha. Acanthus aculeatus. B. pin.
Herba Cancri. Heliotropium maius Dioſcor. B. pin.

Herba Caſta. Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas. B. pin.
Herba Cattaria. Mentha Cattaria vulgaris & major. B. pin.
Herba clauellata. Viola tricolor ſurrecta. B. pin.
Herba Coxendicum ſeu Vmbilicus Veneris. Cotyledon major. B. pin.
Herba fortis. Virga aurea anguſtifolia ſerrata. B. pin.
Herba gallica Fracaſtor. Galega vulgaris. B. pin.
Herba Gerardi. Aſtrantia ſylueſtris minor ſiue erratica. B. pin.
Herba Iudaïca. Sideritis vulgaris hirſuta erecta. B. pin.
Herba Laſſulata. Balſamina rotundifolia ſeu mas. B. pin.
Herba Leporina. Sonchus latifolius læuis laciniatus. B. pin.
Herba Margareta. Bellis hortenſis multiplici flore. B. pin.
Herba paralytica, Paralyſis. Verbaſculum pratenſe odoratum. B. pin.
Herba pedicularis. Peduncularis. Staphiſagria Fuchſ. B. pin.
Herba pinula. Hyoſcyamus vulgaris ſeu niger. B. pin.
Herba Pulicaris. Pſyllium majus ſupinum. B. pin.
Herba Reni vulgi ſeu morbos renum curans. Imperatoria major. B. pin.
Herba Roberti, Robertiana. Geranium Robertianum. B. pin.
Herba ſacra & ſancta Nicotiana major latifolia. B. pin.
Herba Salax. Eruca latifolia alba, Satiua Dioſc. B. pin.
Herba Salutaris. Rhamnus catharticus. B. pin.
Herba Sancti Alberti. Eryſimo ſimilis. B. pin.
Herba Sancti Antonij Belgis. Scrophularia aquatica major. B. pin.
Eadem Cluſio. Lepidium Dentellaria dictum. B. pin.
Herba Sanctæ Barbaræ. Eruca lutea latifolia ſeu Barbarea. B. pin.
Herba Sancti Benedicti Caryophyllata vulgaris. B. pin.
Eadem quæ carduus ſanctus, Cnicus ſylueſtris hirſutior. Seu Carduus Benedictus. B. pin.
Herba Sanctæ Catharinæ. Balſamina femina. B. pin.
Herba Sancti Chriſtophori & Chriſtophoriana. Aconitum racemoſum. B. pin.
Eadem Mathioli vlmaria, quæ Barba Capræ Fuchſij floribus compactis. B. pin.
Herba Sanctæ Claræ, Claretta Ruellij. Valeriana campeſtris

inodora. B. pin.
Herba Sanctæ Crucis. Nicotiana major latifolia. B. pin.
Herba Sancti Georgij Valeriana hortensis, Phu Olusatri folio Dioſc. B. pin.
Herba Sancti Guillelmi. Eupatorium veterum seu Agrimonia. B. pin.
Herba Sancti Iacobi. Iacobæa vulgaris laciniata. B. pin.
Eadem marina. Iacobæa maritima. B. pin.
Herba Sancti Ioannis, Artemisia tenuisolia Dod. Abrotonum Campestre. B. pin.
Herba Sanctæ Kunigundis, Eupatorium Mesues. Ageratum foliis serratis. B. pin.
Herba Sancti Ladislai regis. Cruciata vulgo Gentiana cruciata. B. pin.
Herba Sancti Laurentij. Sanicula officinarum. B. pin.
Herba Sanctæ Mariæ. Mentha hortensis corymbifera. B. pin.
Eadem sumitur pro Agerato, Chamæmelo & Meliloto officinarum Germaniæ. B. pin.
Herba Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Eadem quæ Herba Sancti Georgij.
Herba Sanctæ Othiliæ. Consolida Regalis hortensis. B. pin.
Herba Sancti Pauli, primula veris. Verbasculum pratense odoratum. B. pin.
Herba Sancti Petri. Artemisia vulgaris major. B. pin.
Eadem sumitur pro hedera terrestri vulgari. B. pin. Et vrceolari, seu quæ est parietaria officinarum Dioſc. B. pin.
Herba Sancti Philippi, seu Isatis satiua & latifolia. B. pin.
Eadem dicitur & Sancti Antonij herba, quod eius succo vlceratæ partes illitæ, colorem ignis sacri mentiantur, qui Antonianus dicitur.
Herba Sancti Quirini. Tussilago vulgaris. B. pin.
Herba Sanctę Rosæ. Pæonia folio nigricante splendido quæ mas. B. pin.
Herba Sancti Ruperti. Geranium Robertianum primum. B. pin.
Herba Sancti Stephani, Circæa Lutetiana. Solani-folia circæa dicta major. B. pin.
Herba Sancti Valentini. Pæonia mas. B. pin.

Herba ſanguinalis. Eadem quæ Herculania.
Herba Scelerata, Sardoa, Apium Riſus, Ranunculus paluſtris Apij folio læuis. B. pin.
Herba Simeonis. Alcæa vulgaris major. B. pin.
Herba ſiminine. Antirrhinum majus alterum folio longiore. B. pin.
Herba ſtella, Cornu Ceruinum. Coronopus hortenſis. B. pin.
Herba ſtudioſorum, Oſyris & Belueder. Linariâ, Scopariæ. B. pin.
Herba trientalis. Pyrola Alſines flore, Europæa. B. pin.
Herba Trinitatis. Trifolium hepaticum ſimplici flore. B. pin.
Herba Te ſeu Thee Sinenſe. Herba diuina, nondum cognita Gaſp. Bauhini temporibus; Eſt ex earum genere ſtirpium quæ in cælo ſoloque peregrino enaſcuntur; Et primo gradu calent, ſiccant ſecundo incipiente. Eius folia Acetoſæ pratenſi magnitudine, figurâ, odore ſimillima; craſſiora & Portulacæ modo ſubpinguia, in India Orientali ſuccreſcunt læto ſatu: nec immerito hæc planta, creditur Solis amor, in quam Ambroſiæ ſuccos ſic fundit ſalutares, vt qui huius exhauſerit decoctum, eſt quod arbitretur ſibi Senij pharmacum accepiſſe. Hinc foliorum eius quæ ad nos adſportantur exſiccatorum drachma vna aut altera in aquæ feruentis ſemi-ſextarium conjecta ſi ebullierit donec amareſcens præcipiatur decoctio & ſubrubra ſit; Quæ poſtmodum colata, edulcorata ſaccharo, & inſtar iuſculi calida, propinata ieiuno ſtomacho, vel poſt paſtum, corpus & animum in dulci quadam quiete continet, quindecim horarum ſpatio vtrumque reddit ad opus quodlibet peragendum aptiſſimum: Stomachum quippe & iecur roborando; appetitum, coctionem ciborum promouet & anadoſim exquiſitam, ſimul renes terget, & ſplenem purgat: hinc ſanguinem contemperando & humores; cerebrum animat, ebrietatem anteuertit totiuſque demum corporis colluuiem exſiccando, accelerat hinc inde irradiationem ſpirituum; dumque artus emollit, & ad motum reddit faciliores, memoriam feliciorem facit, & pœnitendum fugat otium ſomnolentiæ contumacis.
Herba mirabilis. Dodecatheos Plinij Anguil. Verbaſcum pratenſe odoratum magno flore. B. pin.
Herba mirabilis Peruuiana, Solanum Mexicanum flore ma-

gno. B. pin.
Herba Tunica. Saponaria major læuis. B. pin.
Herba Turca, Herniaria. Polygonum minus, siue millegrana major. B. pin.
Herba venti. Anemone. Et Marrubium nigrum longifolium. B. pin.
Herculania. Verbena vulgaris cæruleo flore. B. pin.
Hermodactylus Mesuei. Dens canis latiore folio & rotundiore. B. pin.
Hemionitis Dod. Capillaribus annumeratur herbis, & dicitur Hemionitis vulgaris. B pin.
Hierobotane femina Lugdun. Chamædrys spuria minor rotundifolia. B. pin.
Hierobulbus & Hieribulbus. Iris bulbosa latifolia acaulos odora. B. pin.
Hippia, Morsus gallinæ. Alsine altissima nemorum. B. pin.
Hippochæris Dalecam. Cichorium syluestre seu Officinarum. B. pin.
Hippoglossum. Laurus Alexandrina fructu folio insidente. B. pin.
Hippomarathrum. Fœniculum syluestre. B pin.
Hipposelinum Theophr. Smyrnium Dioscoridis. B. pin.
Hippuris Rondel. Equisetum palustre longioribus setis. B. pin.
Hirculus, hypericum hircinum. Androsæmum fœtidum capitulis longissimis filamentis donatis. B. pin.
Hirundinaria. Chelidonia rotundifolia minor. B. pin.
Hispanicum olus. Spinachia semine spinoso, seu Lapathum hortense.
Horcus Plinij. Gramen hordeaceum minus & vulgare. B. pin.
Holoconitis, Hippocratis Col. Cyperus rotundus angustifolius esculentus. B. pin.
Holostium Gal. Holosteum hirsutum albicans majus. B. pin.
Hyberis. Iberis latiore folio. B. pin.
Hydropiper Dod. Hydropiper seu Persicaria vrens. B. pin.
Hydroselinum, Sium, Lauer. Nasturtium aquaticum supinum. B. pin.

I.

IArus. Arum lacteis venis. B. pin.
Iasione. Campanula minor rotundifolia vulgaris. B. pin.
Ibiga, Abiga & Ajuga. Chamæpytis lutea vulgaris seu folio trifido. B. pin.
Ibiscus. Althæa Dioscoridis & Plinij. B. pin.
Idæa radix fructu rubro Ang. Vitis Idæa, siue Vaccinia nigra Dod. Vitis Idæa foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris. B. pin.
Iecoraria. Asperula seu Rubeola montana odora. B. pin.
Iesemin, Gelseminum. Iasminum vulgatius flore albo. B. pin.
Illecebra. Semperuiuum minus vermiculatũ insipidum. B. pin.
Impatiens herba. Balsamina lutea seu noli me tangere. B. pin.
Incensaria Camer. Abrotanum mas angustifolium majus. B. pin.
Inguinalis. After atticus cæruleus vulgaris. B. pin.
Inguinaria Plinij. Cruciata hirsuta. B. pin.
Insana & Iusquiamus. Hyoscyamus niger seu vulgaris. B. pin.
Inula campana. Helenium vulgare. B. pin.
Iringus. Eryngium vulgare. B. pin.
Irion Fuchs. Rapistrum luteo flore. B. pin.
Ischæmon Plinij. Gramen dactylon folio latiore. B. pin.
Isophyllon Cordi. Bupleuron folio subrotundo vulgatissimum. B. pin.
Isopyron Dod. Trifolium palustre. B. pin.
Iua arthretica seu moschata Monspel. Lob. Chamæpytis moschata foliis serratis, an prima Dioscoridis. B. pin.
Iuncaria Tab. Rubia linifolia, aspera. B. pin.
Ixione & Ixine Theoph. Carlina acaulos magno flore. B. pin.

K.

KEiri Arabum. Leucoïum luteum. B. pin.
Keruagh. Ricinus vulgaris. B. pin.
Kermes. Fructus Ilicis cocciglandiferæ minoris. B. pin.
Kermia Syrorum. Alcæa arboreſcens Syriaca. B. pin.
Kinkinna, Kinakina, Arbor ex noua quæ Orientem spe-

ſpectat Peruuiâ, vocatur ab incolis Gannanaperide, ab Hiſpanis, Palo de Calenturas, id eſt, lignum febrium: Eius cortex inter orbis Americani diuitias notiſſimus ad nos deuehitur craſſitie mediocris, ſubſtantiâ tenuis, foris ſcaber, paſſimque exili caneſcens muſco, intus læuis, colore ferrugineus, qualis eſt Cinnamomi, amarus, & terræ quadam admixtâ portione auſterus, calidus eſt & ſiccus ſecundo gradu. Paucis abhinc annis deuectus eſt in Hiſpaniam, inde Romam, vnde dumtaxat prodijt Italico idiomate ſchedium illud Latinum factum. Adſportatur ex Peruuiano Regno cortex dictus China febris, laudatur aduerſus febres, quæ cum rigore inuadunt, tertianam & quartanam, ſic apparatus: contuſæ dicti corticis drachmæ duæ, traijciantur per ſetaceum, macerenturque per tres horas in vini albi cyatho, atque vbi primum ſentitur febrile frigus, vel aliquod leue acceſſionis principium, doſis integra exhibeatur ægrotanti, poſtmodumque, quietus ſeſe componat in lecto. Probauit experientia quotquot vſi ſunt dicto puluere, à febre fuiſſe liberatos, maximè ſi, purgato priùs ſemel atque iterum corpore ab omni prorſus medicamento per quatriduum abſtinuerint ægrotantes. Quem tamen aſſument præuio Medici conſilio, penes quem erit tempus & modum pulueris ſumendi peropportunũ definire. Aſſerunt alij maceratũ in vino puluerem per duodecim horas vel quindecim, aſſumendum eſſe quartâ horæ parte ante futuræ acceſſionem febris, componendumque in lecto ægrum, vt & blandè incaleſcat & tepidiuſcule ſudet, ſed iterum ſorbendam eſſe ſimillimam doſim eo ipſo die quo reditum quartana minabatur, hoc eſt tertio. Deinde elapſis iterum diebus quindecim, ſuâ corpus illuuie pharmaco repurgandum, vt anteuertatur recidiua, quæ interdum contingit poſt menſem: Quod ſi nauſeabundus ægri ſtomachus vinum vix ſuſtineat; Infundatur puluis, in decocto hederæ terreſtris, Oxytriphylli & Acetoſæ. Demum, alij decreſcente vigore conſulunt exhibendum, vel cum ſtatus febris inclinat, probantque pro quartanis curandis. ſed ideo vanâ & breui laude quod elapſis octodecim diebus plus minúſve recurrat ſæpe citatior, atque ex quartana ſimplici duplex fiat, nonnunquam ſin medentis opprobrium quartana triplex. Quemadmodum probauit aureis duobus libellis Eques Chiffletius, doctiſſimus Archiater Belgarum.

L.

LAburnum & Eghelo. Anagyris non fœtidâ, major vel Alpina. B. pin.
Labeonia. Marrubium nigrum. B. Pin.
Labruſca. Vitis ſylueſtris, ſeu Labruſca. B. pin.
Labrum veneris ſeu Dipſacus Lugdun. Dipſacus ſatiuus. B. pin.
Lacara Theoph. Chamęceras⁹ Alpina fructu nigro gemino. B. pi.
Lacryma Beatæ Mariæ. Lithoſpermon arundinaceum fortè Dioſcor. & Plinij. B. pin. Et Orchis pratenſis latifolia longis calcaribus. B. pin.
Lactaria ſeu Lactuca Caprina, Lactoris, Lactuca leporina marina, ſeu Solſequium. Tithymalus Helioſcopius. B. pin.
Lac Beatæ Mariæ. Idem ac cardnus B. Mariæ, & Orchis odore hirci longiore anguſtioreque folio. B. pin.
Lactero, Cicerbita, Lactucella, Braſſica Leporina. Sonchus læuis laciniatus latifolius. B. pin.
Lactuca ſylu. in edendi Agni Paſchalis vſum adhibita. Lactuca ſylu. coſtâ ſpinoſâ. B. pin.
Ladanum ſegetum. Syderitis aruenſis anguſtifolia rubra. B. pin.
Lagochymeni, Cubile leporis. Cuminum ſylueſtre capitulis globoſis. B. pin.
Lagochymica. Iaceæ oleæ folio affinis. B. pin.
Lagopus & Lagopyron Lob. Trifolium aruenſe humile, ſpicatum ſeu Lagopus. B. pin.
Lampuca. Hieracium majus Sonchi folio. B. pin.
Lanaria herba. Verbaſcum mas latifolium luteum. B. pin.
Lanaria radix. Lychnis hirſuta flore coccineo major. B. pin.
Lancea Chriſti, Lingulaca, Lucciola. Ophioglooſſum vulgatum. B. pin.
Lanugo, Xylon. Goſſipium fruteſcens ſemine albo. B. pin.
Lappago Plinij. Aparine vulgaris. B. pin.
Lappula Canaria ſeu ruſticorum. Cynogloſſum minus. B. pin.
Lauer. Sium Erucæ folio. B. pin.
Laurentina, Bugula. Conſolida media pratenſis cærulea. B. pin.
Laurio Plinio. Serpillum Thymi folio. B. pin.
Lectipes. Clinopodium Origano ſimile. B. pin.

Legumen Leoninum Ruellij, Limodorum Theophr. Amblatum Orobanche major, Caryophyllum olens. B. pin.
Lentago, Bellon. Laurus-tinus ſylueſtris Corni feminæ foliis ſubhirſutis. B. pin.
Leo herba. Antirrhinum majus alterum folio longiore. B. pin.
Leontium. Lithoſpermum erectum majus. B. pin.
Leucacantha Dod. Carlina cauleſcens magno flore. B. pin.
Leucanthemum Alpinum Cluſ. Chamæmelum Alpinum inodorum. B. pin.
Leucas & Leuce. Polium montanum luteum. B. pin.
Leucographis. Cerinthe major flore flauo & aſperior. B. pin.
Leuconarciſſolirion vernum. Leucoïum bulboſum. B. pin.
Libanium. Bugloſſum latifolium ſeu Borrago. B. pin.
Lichen Dod. Lichen petræus latifolius, ſeu Hepatica fontana. B. pin.
Licinia. Verbena communis cæruleo flore. B. pin.
Lignum Sanctæ Crucis. Quercus cum pediculo longiore. B. pin. Et Arbor vitæ in paradiſo, propter illius longæuitatem, ex Goropio.
Liliago Cordi. Phalangium paruo flore non ramoſum. B. pin.
Lignum Sancti Ioannis. Abrotanum mas anguſtifolium majus. B. pin.
Liliago & Liliaſtrum, Liliaſphodelus. Lilium rubrum Aſphodeli radice. B. pin.
Lilium Beatæ Mariæ, Narciſſus albus circulo purpureo. B. pin.
Limeum Plinij. Aconitum primum Pardalianches ſeu Thora major. B. pin.
Limodorum (quaſi famem afferens). Orobanche major caryophyllum olens. B. pin.
Limneſion Cordi. Gratiola Centauroïdes. B. pin.
Linum Beatæ Mariæ. Linaria vulgaris lutea flore majore. B. pin.
Lingua pagana, Hippogloſſum. Laurus Alexandrina fructu pediculo inſidente. B. pin.
Lingua paſſerina Tab. Lithoſpermon folio Linariæ Germanicum. B. pin.
Linocarpos Thalij. Linum pratenſe floſculis exiguis. B. pin.
Liryum filium. Iris bulboſa latifolia ἄχαυλος odora. B. pin.
Lolium Plinij. Gramen loliaceum ſpicâ longiore. B. pin.
Lithontribon Lugdun. Herniaria & Millegrana major. B. pin.

Lunaria minor seu Botrytis, Pyrola Cordi. Lunaria racemosa minor vel vulgaris. B. pin.
Lunaria seu Viola Lunaria major oblonga siliquâ rotundâ. B. pin. Perennis, annua. Eyst.
Luparia. Aconitum Lycoctonum. B. pin.
Luph Crispum. Dracunculus polyphyllus. B. pin.
Luph Planum & Lupha. Arum venis albis. B. pin.
Lustrago. Verbena vulgaris. B. pin.
Lycopersicum Gal. Anguill. Solanum pomiferum fructu rotundo striato molli. B. pin.
Lycopodium, Pes lupi. Muscus terrestris clauatus. B. pin.
Lythobrion Col. Muscus Coralloïdes saxatilis. B. pin.

M.

Macedonica lingua. Cynoglossum vulgare. B. pin.
Machalep. Ceraso affinis. B. pin.
Madon Plinio. Bryonia aspera seu alba baccis rubris. B. pin.
Magudaris. Angelica sylvestris major. B. pin.
Malon Æala, Melongena. Solanum pomiferum oblongo fructu. B. pin.
Malacocissos Lugdun. Hedera terrestris. B. pin.
Malum Hespericum Nerantium Ravvolf. Arantia major. B. pin.
Malus flos, Malus Henricus, Flammula. Ranunculus palustris longifolius minor. B. pin.
Manus Beatæ Mariæ. Marrubium cardiaca dictum. B. pin.
Mamiras, Mamyran & Memiran. Chelidonium veterum. B. pin.
Marmorella. Agrimonia seu Eupatorium veterum. B. pin.
Maru, Misebar, Memitha, Cerinthe. Cynoglossum montanum majus. B. pin.
Manigette, Maiz. Frumentum Indicum seu Milium Indicum. B. pin.
Mater herbarum. Artemisia vulgaris major. B. pin.
Mater Violarum. Viola Martia arborescens purpurea. B. pin.
Matrisaluia Col. Horminum Scarlea dictum. B. pin.
Matrisylua herbariorum. Vinciboscum & Lilium inter spinas, Caprifolium sylvestre. Periclimenum non perfoliatum Germanicum. B. pin.
Matrisylua Tragi. Asperula seu Rubeola montana odora. B. pin.

Mecon, Heracleã Gal. Papauer Herculeum ſpumoſum. Lychnis ſylueſtris, quæ Been album vulgo. B. pin.
Melica ſeu Sorgum Dod. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine Sorgo dictum. B. pin.
Melimandrum. Hyoſcyamus albus major vel tertius. B. pin.
Melocactos, Echinomelocactos Lob. Carduus Indiæ Orientalis. B. pin.
Melochia Alpini, Olus Iudaïcum Auic. Moluchi Arabum. Corchorus Dalec. B. pin.
Menion & Menogenion. Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas. B. pin.
Mergina. Smilax aſpera fructu rubente. B. pin.
Mentha Beatæ Mariæ. Mentha hortenſis corymbifera. B. pin.
Merthrys, Geranium ſupinum Dod. Cicutæ folio moſchatum vel inodorum. B. pin.
Meſoleucon. Polium montanum luteum. B. pin.
Mezereum Arabum. Chamælea Tricoccos Hiſt. Lugd. B. pin.
Mezereum Germanicum. Laureola folio deciduo. B. pin.
Milax Gal. Idem quod Smilax aſpera fructu rubente. B. pin.
Miliaria herba Plinij. Gramen Puniceum ſpicâ ſimplici. B. pin.
Milium ſolis. Lithoſpermum erectum majus. B. pin.
Millegrana major. Polygonum minus. B. pin.
Mineruium; Leontopodium Matth. Gnaphalium majus lato oblongo folio alterum. B. pin.
Minimulus herba. Criſta Galli, ſeu Pedicularis pratenſis lutea. B. pin.
Miſebar, idem ac Maru. Cerinthe ſeu Cynogloſſum montanum majus. B. pin.
Mochus. Cicer ſatiuum. B. pin.
Molon Plinij. Filipendula vulgaris. B. pin.
Moluca læuis, Meliſſa Conſtantinopolitana Matth. Moluccana odorata. B. pin.
Molybdena Plinio. Perſicaria vrens ſeu Hydropiper. B. pin.
Momordica. Balſamina rotundifolia repens ſeu mas. B. pin.
Monococcon. Zea, Briza dicta, ſeu Monococcos Germanica. B. pin.
Monorchis Geſn. Orchis odorata moſchata. B. pin.
Montapium Oreoſelinum, Veelgulta, Apium montanum folio ampliore. B. pin.

Montiulmus, Vlmus Italica. Vlmus montana. B. pin.
Morandula, Bugula. Conſolida media pratenſis cæruleo flore. B. pin.
Mugo, Chamæpeuce, humilis Pinus. Pinus maritima minor. B. pin.
Multiradix. Gratiola Dod. Centauroïdes. B. pin.
Muralis & Muralium. Parietaria officinarum & Dioſcoridis. B. pin.
Murica, Tamarix Narbonenſis Lugd. Altera folio tenuiore ſeu Gallica. B. pin.
Muricida. Napellus primus ſeu Aconitum cæruleum. B. pin.
Muſa ſiue Moſa Arabum. Fructus Arantiæ maioris. B. pin.
Muſcipula. Lychnis viſcoſa purpurea latifolia læuis. B. pin.
Muſtoros. Conyza mas Theophr. majòr Dioſcoridis. B. pin.
Mutellina vulgo Geſn. Meum Alpinum vmbellâ purpuraſcente. B. pin.
Myacanthos Theophr. Carduus ſtellatus, papaueris erratici foliis, calcitrapa herbariorum. B. pin.
Myagrion, Camælina. Myagrum ſiliquâ rotundâ. B. pin.
Myzaria & Mixa. Pruni peregrini ſpecies B. pin.

N.

NAbeca & Napea. Oenoplia ſpinoſa. B. pin.
Napobraſſica. Caulorapa radix. B. pin.
Napus Sancti Antonij. Ranunculus pratenſis erectus dulcis. Holaraceus major. B. pin.
Narciſſoleucoïum. Leucoïum bulboſum flore patulo. B. pin.
Narciſſolilium luteum Lob. Tulippa minor lutea Gallica. B. pin.
Naronica radix. Iris vulgaris Germanica ſiue ſylueſtris. B. pin.
Narthecia & Narthecium Theoph. Ferulago latiore folio. B. pin.
Naſtos Cluſij Arundo farcta maxima atrorubens, quâ Principes pro ſcipionibus vtuntur. B. pin.
Naſturtiaria. Naſturtium hortenſe vulgatum. B. pin.
Naueta ex Rapo ſemine degener. B. pin.
Nautica radix. Nardus montana radiçe oblongâ. B. pin.

Negundo & Mungo Cluſ. Fructus ſtriatus piperi affinis. B. pin.
Nenuphar luteum Brunſf. Nymphæa lutea maior. B. pin.
Neotria Orobanche Amblatum Caryophyllum olens. B. pin.
Nepa Theoph. Geniſtella ſpinoſa Corrudæ ſimilis. B. pin.
Nepetella Eyſtet. Mentha Cattaria. B. Prod.
Nephelion. Lappa maior ſeu Arcium Dioſcoridis. B. pin.
Neurus & Poterion Gal. Poterio affinis foliis Pimpinellæ ſpinoſa. B. pin.
Nicophoros. Smilax aſpera rubente fructu. B. pin.
Nidus auis & Neottia. Orchis abortiua fuſca. B. pin.
Nil Auicennæ & Lazura campana. Conuoluulus cæruleus hederaceo anguloſo folio. B. pin.
Nil. Granum Indicum. Idem ac Nil Auicennæ.
Nimbo Garziæ. Arbor Indica Fraxino ſimilis oleæ fructu. B. pin.
Noccus Hetruſcis dictus Cæſalpini. Cyperus rotundus inodorus anguſtifolius. B. pin.
Nodularia Imperati, Corallinæ affinis. B. pin.
Nomen Sancti Petri. Crithmum ſeu fœniculum maritimum minus. B. pin.
Noſilicha minor Lob. Crocus vernus anguſtifolius magno flore. B. pin.
Nuculæ Sancti Antonij. Fructus piſtaciæ ſylueſtris. B. pin.
Nux Heracleotica, Pontica, Præneſtina. Corylus ſatiua fructu oblongo rubente. B. pin.
Nux inſana ab effectu. Pruna inſana ſpinoſa. B. pin.
Nux Perſica Matth. *Peſche noix*, quod nucum iuglandum faciem repræſentet. B. pin.
Nux Regia. Nux juglans ſeu regia vulgaris. B. pin.
Nux veſicaria, *Coulcoul* & hebulben. Piſtacia ſylueſtris. B. pin.

O.

OCimoïdes, Ocimaſtrum, Ocimum ſylueſtre ſeu Acinos Dod. Clinopodium Origano ſimile. B. pin.
Ocularis, Ophthalmica. Euphraſia officinarum. B. pin.
Oculus Chriſti. After luteus foliolis ad florem rigidis. B. pin.
Odontitis Cluſ. Lychnis viſcoſa montana alba latifolia. B. pin.

Odontitis Plinij. Caryophyllus pratenſis laciniato flore. B.pin.
Oenoplia, Nabeca Plinij. Celaſtrus. B. pin.
Oleago, Oleaſtellus, Oliuella. Chamælea Tricoccos hiſt. Lugd. B. pin.
Oloſteum Gal. & Dioſc. Holoſteum hirſutum albicans majus. B. pin.
Olſenichium, Thyſelium. Apium ſylueſtre lacteo ſucco turgens. B. pin.
Olus album. Valeriana campeſtris inodora maior. B. pin.
Olus atrum, Leuiſticum. Liguſticum vulgare, an libanotis fertilis Theophr. B. pin.
Olus Iudaïcum. Melochia Alpini. Corchorus Plinij Lob. B. pin.
Olyra ſeu Typha Theophr. Oryza Germanica. B. pin.
Omphalocarpus Plinij. Aparine vulgaris. B. pin.
Onitis. Origanum Onites, floribus albicantibus. B. pin.
Onobletum Hippoc. Anguill. Cotyledon media foliis oblongis ſerratis. B. pin.
Onoclia. Anchuſa puniceis floribus. B. pin.
Onogyros Nicandri. Carduus tomentoſus latifolius capitulo latiore. B. pin.
Onopordon. Carduus ſpinoſiſſimus vulgaris anguſtifolius. B. pin.
Onopteris maior Tabern. Adiantum nigrum Plinij Lob. Adiantum foliis longioribus puluerulentis pediculo nigro. B. pin.
Onoſma. Anchuſa puniceis floribus. B. pin.
Onothera, Onagra, Onaris. Lyſimachia latifolia Chamænerion dicta. B. pin.
Opalis grata. Antirrhinum majus alterum folio longiore. B. pin.
Opſago. Solanum ſomniferum Verticillatum. B. pin.
Opulus Columel. Virga ſanguinea femina, ſeu Cornus feminа. B. pin.
Orbicularis. Cyclamen orbiculato folio inferne purpuraſcente. B. pin.
Ocellus Barbaricus, Damaſcenus. Caryophyllus flore tenuiſſime diſſecto. B. pin.
Ornus. Sorbus ſylueſtris foliis domeſticæ ſimilis. B. pin.

Ornus Tragi. Carpi Matth. ed. B.
Orobanche. Amblateum.
Orontium. Antirrhinum aruenſe maius. B. pin.
Oſmunda Regalis. Filix ramoſa non dentata florida. B. pin.
Oſmundula Lugdun. Filix Querna. B. pin.
Oſteritium & Oſtrutium, quaſi Struthion. Imperatoria major. B. pin.
Oſtris ſeu Oſtrya. Arbor Fraxino ſimilis, foliis Pyri longioribus. B. pin.
Otites Tabern. Lychnis muſcoſa flore muſcoſo. B. pin.
Ouchimaſtrum. Geranium tuberoſum majus. B. pin.
Oxyarceutis. Iuniperus vulgaris fruticoſa. B. pin.
Oxymirſine. Ruſcus Math. ed. B.
Oxytriphyllum Scribonij. Trifolium bitumen redolens. B. pin.
Oxyacanthus Gal. Berberis dumetorum. B. pin.

P.

PAdus Theoph. Lugdun. Ceraſus racemoſa ſylueſtris fructu non eduli. B. pin.
Pæderotta Pauſaniæ. Teucrium peregrinum folio ſinuoſo. B. pin.
Palladium, Mineruia. Leontopodium Dod. Gnaphalium Alpinum magno flore folio oblongo. B. pin.
Pallium Sanctæ Mariæ, planta veris. Alchimilla vulgaris Cluſ. B. pin.
Palmaria Tabern. Cotyledon media foliis oblongis ſerratis. B. pin.
Palma Sancta. Guajacum magnâ matrice. B. pin.
Palus Sanctus. Idem.
Pancaſeolus vulgo, Cæſal. Bulbocaſtanum Apij folio. B. pin.
Pancratium alterum Dod. Hyacinthus racemoſus cæruleus juncifolius minor. B. pin.
Panis Sancti Ioannis. Fructus ſiliquæ edulis. B. pin.
Panion. Conyza minor Fœmina Theoph. minor Dioſcorid. B. pin.
Papalia pallacana. Cyclamen orbiculato folio infernè purpuraſcente. B. pin.
Papauerculum. Leontopetalon Dod. B. pin.

Papillaris Camer. Soncho affinis Lampſana domeſtica. B. pin.
Papinula & Peponella, ab odore, Bipinella. Pimpinella ſanguiſorba major. B. pin.
Papyrus. Papyrus Nilotica ſeu Ægyptiaca. B. pin.
Parthenium Fuchſ. Chamæmelum fœtidum. B. pin.
Paſſerina Tragi. Lithoſpermum Linariæ folio Germanicum. B. pin.
Paſſiuelutum Ruellij. Amaranthus maximus. B. pin.
Pater noſter Lugdun. Cyperus rotundus inodorus ex Florida. B. pin.
Pedicularis, Peduncularia, Pituitaria, Paſſula montana. Staphiſagria Fuchſ. B. pin.
Pedua, Petilium Plinij, Petillus flos. Tanacetum Africanum, ſeu flos Africanus. B. pin.
Peganium Narbonenſium ſeu Rutula Lob. Ruta ſylueſtris minor. B. pin.
Pelecinus Gal. Hedyſarum ſeu Securidaca. B. pin.
Pelliboſſa & Peſtifuga. Lyſimachia lutea major quæ Dioſcor. B. pin.
Pentadactylon. Ricinus vulgaris. B. pin.
Pepolina Cæſal. Thymus vulgaris folio tenuiore. B. pin.
Pera paſtoris. Burſa paſtoris major folio ſinuato. B. pin.
Perſa Italis. Majorana Dod. Majorana vulgaris. B. pin.
Perſica Sancti Ioannis. Mala Armeniaca majora. B pin. *Abricot*, alij mala Duracina, *Preſſes*. Mala Perſica dura carne candida. B. pin.
Peruinca Tragi. Clematis Daphnoïdes minor. B. pin.
Pes gallinaceus. Fumaria Officinarum & Dioſcoridis. B. pin.
Petraucianus, Melongona. Solanum pomiferum fructu oblongo. B. pin.
Petromarula, Lactuca petræa Belli, Rapunculus Creticus. B. pin.
Petroſcorodon Geſn. Allium montanum radice oblonga. B. pin.
Phagus Græcorum. Fagus Dod. B. pin.
Phallus. Fungi herbacei ſpecies membro virili ſimilis. B. pin.
Pharnaceon, Polyſtidion. Centaurium majus folio in plures lacinias diuiſo. B. pin.
Phellodris, Suberi-quercus. Phellodrys candicans latifolia

molliter aculeata. B. pin.
Phileterium, Polemonium. Lychnis ſylueſtris, quæ Behen album vulgo. B. pin.
Phleos mas latifolia Lugdun. Sagitta aquatica major. B. pin.
Phleos femina Lugdun. Butomos Theophraſti, & Platanaria Dod. Sparganium ramoſum. B. pin.
Phœminalis & Pychnitis, Verbaſcum nigrum Dod. Flore ex luteo purpuraſcente. B. pin.
Phœnix, Lolium rubrum Ger. Hordeum marinum Tabern. Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpicâ. B. pin.
Phœnix ſeu Carduus ferox Lob. Acarna major caule non foliioſo. B. pin.
Phorbium Gal. Horminum Scarlæa dictum. B. pin.
Pigamum. Thalictrum majus ſiliquâ anguloſâ. B. pin.
Piganon. Idem.
Pinguicula Geſn. Sanicula montana flore calcari donato. B. pin.
Piſſa, Phragmoſa, Policaria, Pulicaria. Conyza media Aſteris Attici flore. B. pin.
Piſtana Magonis, Sagittaria aquatica Plinij. Sagittalis aquatica major. B. pin.
Plantula peregrina Cluſ. Piper longum anguſtifolium ex Florida. B. pin.
Pneumonanthe Lob. Gentiana anguſtifolia Autumnalis major. B. pin.
Polemonium Monſpelienſium. Iaſminum luteum vulgare dictum bacciferum. B. pin.
Polyacantha Theophr. Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris. B. pin.
Polycnemon Lob. Lugdun. Calamintha aruenſis verticillata. B. pin.
Polygala Theophr. vulgaris cæruleo flore. B. pin.
Polypremon Caſſiani. Valeriana campeſtris inodora major. B. pin.
Polyrhizos latifolia Lugdun. Caryophyllata Alpina quinquefolia. B. pin.
Polyporon Caſſiani, Polyſpermon Tabern. Blitum polyſpermon. B. pin.
Poma Sanctæ Mariæ Magdalenæ. Mala punica ſatiua. B. pin.

Populago. Petasites major & vulgaris. B. pin.
Poma Sancti Ioannis. Mala præcocia, Mala Armeniaca minora. B. pin.
Porrago & Borrago. Buglossum latifolium. B. pin.
Porcellia & Hypochæris Taber. Hieracium minus dentis leonis folio subaspero. B. pin.
Pothos flos. Lychnis hirsuta flore coccineo major. B. pin.
Præsepium. Atractylis lutea. B. pin.
Priapeia Gesn. Nicotiana minor. B. pin.
Procura Valesianorum. Muscus crustæ modo arboribus adnascens. B. pin.
Proserpinaca, quod late serpat, Apuleio. Polygonum latifolium. B. pin.
Protomedia. Pimpinella sanguisorba major. B. pin.
Pseudo-apios Matth. Lathyrus aruensis repens tuberosus. B. pin.
Pseudo-asphodelus palustris. Scoticus Anglicus & Alpinus. B. pin.
Pseudochamædrys Gesn. Chamædrys spuria major angustifolia. B. pin.
Pseudolonchitis aspera Math. Lonchitis aspera Maranthæ. Lonchitis folio Ceterach. B. pin.
Pseudo-moly Lugd. Caryophyllus montanus minor. B. pin.
Psittaci herba. Amaranthus folio variegato. B. pin.
Pteridion masculum Cordi. Filix ramosa minor pinnulis hirsutis. B. pin.
Pyra Sanctæ Mariæ. Aquosa dulcedine suauia, mirâ teneritudine placentia & fugacia. B. pin.
Pycnocomon Dioscor. Cort. Solanum tuberosum esculentum. B. pin.
Pyra Sancti Ioannis. Præcocia, Anguill. Mala Armeniaca minora. B. pin.
Pyrethrum Dod. Pyrethrum Bellidis flore. B. pin.
Pythion. Crocus satiuus. B. pin.
Pythonion. Dracunculus polyphyllus. B. pin.

Q.

QVadrifolium. Pheum fuſcum Lob. hortenſe album. B. pin.
Quamoclit. Iaſminum Millefolij folio. B. pin.
Quercula. Chamædrvs repens minor. B. pin.
Quinua Cluſ. Amaranthus maximus. B. pin.

R.

RAcemi Sancti Ioannis. Ribes officinarum. B. pin.
Radiolus Apuleïo. Lingua Ceruina Officinarum. B. pin.
Radix Sancti Georgij. Orobanche major Caryoptophyllum olens. B. pin.
Radix Macedonica. Echium vulgare Cluſ. B. pin.
Radix Sancti Spiritus. Angelica ſatiua. B. pin.
Radix Maronica, Marica, & Naronica. Iris vulgaris Germanica ſiue ſylueſtris. B. pin.
Radix Sancti Petri. Seſeli Pannonicum alterum. Cluſ.
Rapeium, brumaria, Papauerculum. Leontopetalon Dod. B. pin.
Remenia. Hyoſcyamus albus major vel tertius Dioſcorid. B. pin.
Rhagadiolus Cæſal. Hieracium capitulum inclinans ſemine adunco. B. pin.
Rhamnus aculeatus in Bibliis, quo *Chriſti Domini* Corona ſpinea confecta fuit, ex Bell. Rhamnus eſt folio ſubrotundo, compreſſo fructu. B. pin. Paliurus Dod.
Rheum, Rhacoma, Rhabarbarum Sinenſe. Rhabarbarum Officinarum. B. pin.
Rhodora. Vlmaria floribus compactis. B. pin.
Rhizotomos Plinij. an? Iris minor anguſtifolia prunum redolens. B. pin.
Ritro & Ritrum Theophr. Carduus ſphærocephalus cæruleus minor. B. pin.
Roraſtrum. Bryonia aſpera ſeu alba baccis rubris. B. pin.
Rorella & Ros Solis, Salſirora à Rore, quo ſub ardentiſſimo Solis æſtu madet, habuit nomen; acris admodum herba eſt, & calida ſiccaque fere quarto: trita eius folia & cuti admota

motã cum ſalis momento veſicas excitant. Laudatur pro Phthiſicis curandis. B. pin.

Roſa Sancti Georgij. Pæonia folio nigricante ſplendido quæ mas. B. pin.

Ruberta, herba Roberti Dod. Geranium Robertianum primum. B. pin.

Roſa Sanctæ Mariæ. Roſa Hiericunthea vulgo dicta. B. pin.

Rucula marina Tragi. Eruca latifolia alba ſatiua Dioſcorid. B. pin.

S.

SAgminalis & Sagmen. Verbena communis cæruleo flore. B. pin.

Salicaſtrum. Bryonia læuis ſeu nigra racemoſa. B. pin.

Salicornia Dod. Kali geniculatum majus. B. pin.

Saliuaris. Pyrethrum Bellidis folio. B. pin.

Saliunca. Nardus Celtica Dioſcor. B. pin.

Sampetra. Crithtmum ſeu Fœniculum marinum minus. B. pin.

Sana munda. Caryophyllata vulgaris. B. pin.

Sana Sancta. Nicotiana major latifolia. B. pin.

Sanctimen. Verbena communis cæruleo flore. B. pin.

Sandalida Cretica. Lotus ruber ſiliquâ anguloſâ. B. pin.

Sanguinalis femina & Sanguinaria. Polygonum latifolium. B. pin.

Sanguis Herculis. Helleborus albus flore viridi. B. pin.

Santonicum minus Cordi. Abrotanum femina foliis teretibus. B. pin.

Semen Sanctum. Semen Lumbricorum. Semen contra. Idem quod ſemen ſanctum, & Alexandrinum. B. pin.

Sarcophago Cretenſibus. Lepidium. B. pin.

Sardinia glans. Caſtanea equina Dod. multifido folio. B. pin.

Sardoa herba. Ranunculus paluſtris Apij folio læuis. B. pin.

Saxifragon Gal. Betonica purpurea. B. pin.

Sauchromaton & Sauromaton, Dracunculus polyphyllus. B pin.

Sauimera, Sauina. Sabina tamariſci folio Dioſcoridis. B. pin.

Saurion. Sinapi Erucæ folio. B. pin.

Scanaria. Scandix ſemine roſtrato vulgaris. B. pin.

Scarlata. Armoraria ſylueſtris Dod. B. pin.

Scatellum, Scatum Cordi. Sedum ſerratum Dod. B. pin.
Schiſta. Cæpa ſectilis. B. pin.
Scirpus major. Iuncus maximus. B. pin.
Scirpus Tragi. Gramen arundinaceum, enode majus. B. pin.
Scotinus, Scotanum. Coccygria. Cotinus Matth. ed. B.
Scopa Regia. Ruſcus Math. ed. B.
Scoparia. Linaria Scoparia. B. pin.
Scorodonia, Sphacelus. Scordium alterum ſeu Saluia agreſtis. B. pin.
Scorodotlaſpi & Scandulaceum. Thlaſpi. B. pin.
Scythica radix. Glycyrrhiza vulgaris ſeu Germanica. B. pin.
Secacul Arabum. Siſarum Germanorum. B. pin.
Secacul Monardi. Polygonatum latifolium vulgare. B. pin.
Secalis mater, Thalij. Triticum luxurians. B. pin.
Segetalis. Gladiolus vtrinque floridus. B. pin.
Selenion, Selenogonion. Pæonia folio nigricante ſplendido, quæ mas. B. pin.
Seminalis Gal. Polygonum latifolium. B. pin.
Semperflorion. Sedum majus arboreſcens floſculis candidis. B. pin.
Sena Alexandrina, Folium Orientale. Sena Alexandrina foliis acutis. B. pin.
Senecio, Carduus Apulus Col. Chondrilla foliis laciniatis purpuraſcente flore. B. pin.
Sentis. Rubus vulgaris, ſeu Rubus fructu nigro. B. pin.
Serica. Iujubæ majores oblongæ. B. pin.
Seris, Seriola, Sponſa Solis, Solſequium. Intybus ſatiua latifolia ſeu Endiuia vulgaris. B. pin.
Seriphum Gal. Abſinthium Seriphium Belgicum. B. pin.
Serta, Sertula campana. Melilotus Officinarũ Germaniæ. B. pin.
Seruilla, Seruillum. Siſarum Germanorum. B. pin.
Siciliana Geſneri. Androſæmum maximum fruteſcens. B. pin.
Sida. Sparganium ramoſum. B. pin.
Sigillum Beatæ Mariæ Virginis. Tamus ſeu Vitis nigra. Bryonia ſylueſtris læuis nigra, ſeu racemoſa. B. pin.
Sigingiaria. Dracunculus polyphyllus. B. pin.
Silaus Plinij Anguill. Apium paluſtre foliis longioribus. B. pin.
Silicia, Siliqua, Silicata. Fœnum græcum ſatiuum. B. pin.
Singentiana radix. Acorus verus ſeu Calamus aromaticus Of-

ficinarum. B. pin.
Siphonium, Bromos Tab. Festuca graminea glumis hirsutis. B. pin.
Sisymbrium. Nasturtium hortense vulgatum. B. pin.
Smirrhiza. Myrrhis major, vel Cicutaria odorata. B. pin.
Soda, Sal Alkali. Kali geniculatum majus. B. pin.
Solbastrella. Pimpinella sanguisorba major. B. pin.
Soldana. Soldanella maritima major. B. pin.
Solea equina seu Ferro Caballo. Ferrum equinum siliquâ singulari. B. pin.
Spina Sancta. Berberis dumetorum. B. pin.
Spica nigra. Prunus sylvestris. B. pin.
Splith. Fumaria lutea. B. pin.
Spina Sancti Francisci. Carduus Sphærocephalus cæruleus minor. B. pin.
Squamatia Lond. Orobanche radice dentatâ, Amblaton Aphyllon. Amblatum Caryophyllum olens. B. pin.
Squinanthum & Schœnanthum Mesue. Iuncus aromaticus. B. pin.
Stataria. Peucedanum Germanicum. B. pin.
Stellaria. Rubia tinctorum satiua. B. pin.
Sternutamentoria Lugdun. Ptarmica serrato folio pratensis. B. pin.
Stramen Beatæ Mariæ Virginis. Gallium luteum. B. pin.
Strangulator Lupi. Aconitum Lycoctonon, vel Cæruleū majus. B. pin.
Stramen lecti Sanctæ Mariæ. Serpyllum vulgare majus. B pin.
Strumus & Strumum. Solanum Officinarum. B. pin.
Struthium Galeni. Saponaria major lævis. B. pin.
Succudus Auic. Stœchas folio serrato. B. pin.
Superba Austriaca Clus. Caryophyllus sylvestris flore odoratissimo laciniato. B. pin.
Supercilium terræ. Adiantum Coriandri foliis. B. pin.
Sycomorus. Ficus Mori folio fructum in caudice gerens. B. pin.
Syluæ mater, Matrisylua. Periclimenon non perfoliatum Germanicum. B. pin.
Syrinx Theophrasti, Syringias. Arundo satiua. B. pin.

T.

TAgetes, Othonna. Tanacetum seu flos Africanus. B. pin.
Tamecnemon Cordi. Perfoliata vulgatissima seu aruensis. B. pin.
Tanus & Tamus. Bryonia læuis seu nigra racemosa. B. pin.
Tapsus barbatus. Verbascum mas latifolium. B. pin.
Taraxacon. Dens Leonis latiore folio. B. pin.
Tarchon Auicennæ. Dracunculus hortensis. B. pin.
Tarifilon Auicennæ. Trifolium bitumen redolens. B. pin.
Tataria Vngarica Clus. Panaci Heracleo similis. B. pin.
Tatoula, Nux Metel Arabum Bellon. Solanum fœtidum pomo oblongo spinoso. B. pin.
Telephyllum Crateuæ. Telephium Dioscoridis. B. pin.
Tembal. Idem quod Betre. Volubilis modo arbores scandens, fructu lacertæ caudam æmulante. B. pin.
Terdina Paracelsi, Theriacaria. Valeriana palustris minor. B. pin.
Terion, Teriophonon, Thypenion. Dracunculus polyphyllus. B. pin.
Tetragonia Theophrasto. Quadratoria Gazæ. Euonymus vulgaris granis rubentibus. B. pin.
Tetrahit. Sideritis hirsuta vulgaris erecta. B. pin.
Theombrotion Plinij. Amaranthus variegato folio. B. pin.
Thesium, Radix caua. Fumaria bulbosa radice cauâ major. B. pin.
Thymbra Sancti Iuliani. Satureia montana. B. pin.
Thlaspidium cornutum Tragi. Alliaria. B. pin.
Thora Valdensis. Aconitum Pardalianches alterum, seu Tora minor. B. pin.
Thus terræ, siue Iua moschata Monspeliensium. Chamæpithys moschata foliis serratis. B. pin.
Tiguar. Turbith Officinarum & Turpetum Arabum. B. pin.
Tinctorius flos Tragi. After vulgaris cæruleus. B. pin.
Tiphium Theophrasti. Tussilago. B. pin.
Tomentum Cordi. Gnaphalium vulgare majus. B. pin.
Tragium Creticum. Fraxinella niueo flore. Dictamnus albus

vulgo. B. pin.
Tragotrophon. Frumentum Sarracenicum Theophrasti hederaceo folio. B. pin.
Tribulus Sanctæ Crucis. Carduus albis maculis notatus. B. pin.
Trinciatella Camer. Dens Leonis minor foliis radiatis. B. prod.
Trinitatis herba. Trifolium hepaticum. B. pin.
Triticum Sancti Petri. Zea, Briza dicta vel monococcos Germanica. B. pin.
Trionum Theophrasti. Alcæa Indica paruo flore. B. pin.
Trissago & Trixago. Chamædrys major repens. B. pin.
Trixis. Ricinus vulgaris. B. pin.
Trollias flos Gesn. Ranunculus montanus Aconiti folio. B. pin.
Tuba Amoris Fragosi. Helenium Indicum maximum. B. pin.
Tuberaria major Myconi Lugdun. Cistus Plantaginis folio. B. pin.
Tuberes Plinio Cordi. Iujubæ majores rotundæ. B. pin.
Tune Indorum. Opuntia & ficus Indica Dod. B. pin.
Turfani. Lilium seu Corona Imperialis. B. pin.

V.

VAlentina. Artemisia vulgaris major. B. pin.
Veelgutta, Oreoselinum Dod. Apium montanum folio ampliore. B. pin.
Venerea. Acorus seu Calamus aromaticus Officinarum. B. pin.
Venusta minor. Antirrhinum majus alterum folio longiore. B. pin.
Verengena. Solanum pomiferum fructu oblongo. B. pin.
Vernilago. Chamæleon niger vmbellatus cæruleo hyacinthino flore. B. pin.
Verrucaria, Zazyntha Math. Chondrilla Verrucaria foliis intybaceis viridibus. B. pin.
Vertipedium. Verbena communis cæruleo flore. B. pin.
Vesicaria nigra Tragi. Pisum vesicarium fructu nigro albâ maculâ notato. B. pin.
Vincetoxicum. Asclepias flore albo. B. pin.
Viola Sancti Georgij. Leucoïum luteum vulgare. B. pin.
Viscaria, Viscago. Lychnis viscosa flore muscoso. B. pin.
Visumarus Marcelli. Trifolium pratense purpureum. B. pin.

Vitalis. Sedum minus teretifolium album. B. pin.
Viticella. Bryonia alba ſeu aſpera granis rubris. B. pin.
Vlceraria. Marrubium Cardiaca dictum. B. pin.
Vlex Plinij. Geniſta ſpinoſa major longioribus aculeis. B. pin.
Vlpinum. Allium ſatiuum. B. pin.
Vlticaria herba. Solanum ſomniferum verticillatum. B. pin.
Vnefera, Centaurium majus folio in plures lacinias diuiſo. B. pin.
Vniola, Sanguinalis. Gramen arundinaceum ſpicâ multiplici. B. pin.
Volubilis media, Vitealis. Helxine Ciſſampelos altera Atriplicis effigie. B. pin.
Volucrum majus, Vinciboſcum, Matris ſylua. Periclimenum non perfoliatum Germanicum. B. pin.
Vrceolaris, Vrceolaria, Vitriola. Parietaria Officinarum Dioſcoridis. B. pin.
Vrinalis. Linaria vulgaris lutea magno flore. B. pin.
Vrinaria. Dens Leonis vulgaris. B. pin.
Vſnee, Vſnen. Kali geniculatum majus. B. pin.
Vua marina Dod. Polygonum bacciferum maritimum. B. pin.
Vua vulpis, Vua lupi. Solatrum ſeu Solanum Officinarum. B. pin.
Vulgago. Aſarum Dod. B. pin.

X.

XAnthium Lob. Dioſcoridis. Lappa minor. B. pin.
Xylocaracta. Fructus ſeu Siliqua arboris Ceratoniæ. B. pin.
Xylocaſſia. Cinnamomum cortice craſſiore. B. pin.
Xylon. Goſſipium fruteſcens ſemine albo. B. pin.
Xyloſteum Dod. Chamæceraſus Alpina fructu gemino duobus punctis notato. B. pin.
Xyloſteum alterum Dod. Chamæceraſus dumetorum fructu gemino rubro. B. pin.

Y.

YVca Aduerſ. Lob. foliis Aloës. B. pin.

Z.

ZAhara. Anthillis lenti ſimilis. B. pin.
Zambach ſeu Sultam-zambach Cluſ. Lilium album floribus dependentibus ſeu peregrinum. B. pin.
Zatarendi Alpina. Origano cognata Zatarendi. B. pin.
Zeocritum. Oryza Germanica. B. pin.
Zerumbeth & Zurumbeth. Zedoaria radice longâ. B. pin.
Zinziber caninum Auiccnnæ. Piper Indicum vulgatiſſimum. B. pin.
Zizania. Zizaniorum nomine in Bibliis Sacris deſignantur Lolium, gramen Loliaceum anguſtiore ſpicâ. B. pin. Phœnix Dioſcoridis. Gramen Loliaceum anguſtiore ſpicâ. B. pin.
Zura Paliurus Dod. Rhamnus aculeatus, quo *Chriſti Domini* Corona texta fuit. Rhamnus folio ſubrotundo compreſſo fructu. B. pin.

FINIS.